



143.

00  
f

27

Q. D. B. V.  
THESES INAUGURALES  
<sup>DE</sup>  
JURISDICTIONIS ET  
MAGISTRATUUM  
DIFFERENTIA SECUN-  
DUM MORES GERMA-  
NORUM,

Quas

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPĒ AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
REGNI BORVSSICI, ELECTORATUS ET  
PROVINCiarum HEREDE, &c. &c.

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,  
PRÆSIDE

**DN. CHRISTIANO THOMASIO,**  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CON-  
SILIARIO, PROFESSORE JURIS ORDINARIO,  
ET FACULT. JURID. h. t. DECANO,

*PRO LICENTIA,*

Summos in utroque Jure honores & Privilegia Doctoralia  
rite capessendi,

publico eruditorum examini subjicit

**GVILIELMVS TOBIAS STEMPPEL, COBURGENS.**  
*Horis Ante- & Pomeridianis, d. 19. Nov. MDCCIII.*

---

RECUSA HALÆ MAGDEBVRGICÆ, LITERIS SALFELDIANIS. 1714.

(XX)

LIBERISATIONIS ET  
LITERATUROrum  
PHILOSOPHIAE SECUNDUM  
DUM MORBIS GERMA-  
NOTUM

PER TRADITIONEM M. HENRIKI  
REGEN DUXATILITATIS ET  
PROGREGATIONIS HABENTE  
JANUARIAE CATHARINA FEDERICIA  
DNC. CHRISTIANI AND THOMASIO  
S. JOSEPHI A VATICANA  
CHRISTIUS IOHES PETRUS GOURGENS  
KIRCHEN LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF DARMSTADT



B. C. D.  
THESES INAUGURALES  
De,  
JURISDICTIONIS ET MAGISTRATUUM  
DIFFERENTIA SECUNDUM MORES  
GERMANORUM.

S U M M A R I A.

Difficultas doctrinae Juris Romani de jurisdictione & judiciis. I.  
Item de officio Magistratum Romanorum. II. Causae harum  
difficultatum. III. Eadem difficultas doctrine de jurisdictione  
ac judiciis & magistratibus Germanorum: Hujus difficultatis m-  
tiones summatim propositae. IV. Earum distinctior consideratio.  
Cur a Mynsingeri scriptis initium facendum? V. Jurispru-  
dentia Romana cum maximo danno jurisprudentie Germani-  
ce introducta est in formam Germaniae, etiam in Cameram Imperia-  
lem. VI. Hanc introductionem multum promoverunt Joachi-  
mus Mynsingerus & Andreas Gailius. VII. Casus Mynsingeri  
A. 1575. propositus de lite Ducis Brunsvicensis cum Senatu L. su-  
per jurisdictione vendita sub pacto retrovenditionis. VIII. Quo-  
modo questio secundum simplicitatem juris Germanici super hoc  
causa formanda & definienda fuisse. IX. Inepta admixtio ter-  
minorum Juris Romani apud Mynsingerum in formanda ipsa  
questione. X. Difficultates a Mynsingeri statim in proposito re-  
sponsi sine justa causa mote. XI. In ipso responso & rationibus  
decidendi pro Principe Mynsingerus ostentat scientiam Juris Ro-

A 2

mane

mani & sententiarum ex Glossatoribus collectarum, simul vero palpandam exhibet ignorantiam juris Germanici. XII. Eadem est ratio nationum dubitandi pro Senatu L. Assertio a Mynsingero inter alias rationes dubitandi allata, quasi voces **Vogt** & **Vogtey** sint maxime ambiguae, sed per exempla ibidem adducta parum probata. XIII. (Doctorum qui post Mynsingerum scripserunt, error, quod ad hanc Mynsingeri nationem dubitandi provocent, as ifiuisset ratio decidendi. XIV.) Censura de Mynsingeri modo respondendi ad nationes dubitandi. XV. Illaudabilis Mynsingeri vacillatio & incertitudo ex concilio responso subnexo apparet. XVI. Nihil solidi in doctrina de jurisdictione Germanica ex *J. C. tis* illorum temporum, etiam Cameralibus afferti posse. XVII. Augmentum confusione & difficultatum in doctrina de jurisdictione per Matthiae Stephani & Tobiae Pauermeisteri tractatus de Jurisdictione. XVIII. Scilicet inconcinnia & a *J. C. tis* Italis in Germaniam deducta extensio jurisdictionis & meri imperii ad particulias omnes summe potestatis. XIX. Item comparatio magistratum Romanorum cum Principibus Imperii & magistratibus civitatum Imperialium, imo cum ipso imperatore. XX. Novum difficultatum augmentum; Partialitas & cautele *J. C.* torum controversias vel iura controversa de jurisdictione tractantium. XXI. Quorsum pertinent v. g. scripta Andreae Knoben & Johannis Daubii, Friedbergisch responsum, Bremische Ehren-Rettung / Knipschild de juribus circatum Imperialium. XXII. Nova difficultas: Separata proteccio a potestate judicaria. Distinctio inter advocatiā armata & advocatiā simpliciter ita distat. XXIII. Secuta hanc distinctionem erronea opinio, potestatem judicariam in Germania desitutam esse jure protegendi, & posse etiam pacis tempore protectionem alienam opponi potestati judicarie. XXIV. Judicium de Martini Mageri a Schönenberg volumine de Advocatia armata. XXV. Demonstratur hunc tractatum parum prodesse iis, qui solidi quid in exponenda jurisdictione Germanica tentant. XXVI. Scriptum, ut putatur, Besoldi de questione, an conductat in Imperio iterum introduci Advocatias urbicas. XXVII. Heideri discur-

DIFFERENTIA SECUNDUM MORES GERMANORUM. 5

discursus de antiquis Advocatiis Imperialibus illi oppositus. XXIX  
Occasio apologie illius discursus. XXX. Ejusdem Heideri Acta  
Lindaviensia. XXX. Commendatio scriptorum Heiderianoi  
rum & Chronicis Spirensis Lehmanniani, sed adhibita tamen cau-  
tela necessaria. XXXI. Vigilantia civitatum Imperialium in  
supprimendis scriptis, que ipsarum juribus vel pretensionibus  
adversarentur. XXXII. Via ostenditur, qua eundum ad evi-  
tandas difficultates memoratas. 1. Seponendum esse Jus Roma-  
num. XXXIII. 2. Cavendum esse a Mynsingero, Gailio, Ste-  
phani, Pauermistero, Webnero, Knichenio, Daurbio, Knip-  
schildo, Magero &c. XXXIV. 3. Premittendam esse funda-  
menti loco doctrinam prudentia civilis & juris gentium de po-  
testate judicaria. XXXV. 4. Ex ipsis moribus Germanicis  
speculo potissimum Saxonico & Suevico collectis rem deducen-  
dam esse. XXXVI. 5. In subfdium usurpandos esse scriptores, qui  
jura Germanica ac historiam Germanie scriptis illustrarunt, ut  
prater alios Lehmannum, Heiderum, Conringium, Monzamba-  
num, Coccejum, Hertium, Schilterum. XXXVII. Applicatio methodi  
illius ad rem presentem. Variorum varie recensiones precipuarum  
particularum maiestatis. XXXIX. Potestas judicaria ab omni-  
bus refertur inter regalia precipua & majora. XXXIX. In  
Republica magistratus precipui sunt vel Duces vel Judices. XL.  
Sola potestas judicaria uti summan potestatem non tribuit,  
ita qui ea caret, ejus potestas valde manca est, XLI. Potestatis  
judicariae operationes varie, sed inter eas quaedam essentiales.  
XLII. Scilicet causa cognitio, sententia dictio, executio sen-  
tentia. XLIII. Hoc ita etiam conjuncta esse debent in magi-  
stratu, cui potestas judicaria competit. XLIV. Possunt tamen  
singula exerceri per ministros & alia instrumenta magistratus.  
XLV. Operationes potestatis judicariae separabiles, judicia  
videlicet criminalia & civilia. XLVI. Judicia imprimis crimi-  
nalia finem suam obtinere nequeunt, nisi sint armata; multo minus  
si civibus concedatur protectione armata uti adversus judicem.  
XLVII. Germanorum mores primos & sub Regibus Franco-  
sum jam exposuit Conringius. Nos docebimus mores subse-  
quen-

THESES IN AUG. DE JURISDICT. ET MAGISTRAT.

quentium temporum, in quibus ille hestavat. XLVIII. Jurisdictio dicitur Vogtey/ Gerichte; exercitum ejus Vogting/ Landtäding/ Ding/ Gericht. XLIX. Primaria divisio: Jurisdictione vel spiritualis vel secularis, Geistliche und Weltliche Gerichte. L. Usus jurisdictionis spiritualis: Speculum Saxonum a Papa damnatum, quod minus tribuat spirituali jurisdictioni. LI. Jurisdictione Germanica ordinarie & regulariter criminalis fuit, civilem sub se comprehendens. LII. Regale judicandi in Rege Germania ipso quale fuerit. LIII. Jurisdictione a Rege alii concessa est vel propria vel aliena, que distinctio cum Romanorum jurisdictione propria & mandata non est confundenda. LIV. Propria Ducum & Principum est, aliena Comitum. LV. Principes vel Ecclesiastici vel世俗ares: bi vel quinque Duces antiqui, vel postea in Ducum aut ex Comitibus etiam in Principum classem evecti. Principes世俗ares aqualem jurisdictionem jam olim habuerunt, non ita Episcopi. LXI. Principes Ecclesiastici non habuerunt jurisdictionem criminali in suo territorio, sed iudex a Rege eam accipere debuit. At seculares eam ipsi in feudum dederunt in suo territorio. LVII. Observationes quadam ex autore Actorum Lindaviensium ad materiam presentem pertinentes atque eam illustrantes. LVIII. Potestas Ducum & Principum secularium, maxime intuitu juris judicarii, qualis fuerit. LIX. Potestas judicaria an possit pervenire ad quartam manum? Textus ex Jure Saxonico & Suevico pro sententia affirmante. LX. Textus pro sententia negativa. LXI. Conciliatur dissensus per distinctionem inter judicia, que exercentur nomine proprio & nomine Regis. LXII. Comitum seu Judicum Germanicorum nomina varia Germanica, eaque vel generalia, communia ac simplicia, vel specialia, distinctiva ac composita. LXIII. Judices Germanici erant vel ordinarii vel vicarii. Loca eam in rem ex Conringio adducta. Tituli Judicum modo ordinariis modo vicariis judicibus attributi. LXIV. Vocem Richter haud dubie denotare judicem, plerumque ordinarium, aliquando tamen & vicarium. LXV. Vox Graffe en sit originaria, an derivata? Haud dubie est synonymum vocis

DIFFERENTIA SECUNDUM MORES GERMANOR.

et Richter. LXVI. Regulariter denotat judicem ordinarium,  
varius vicarium. LXVII. Vox Vogt ex natura derivationis  
latior vocibus Richter & Graffe/ sumitur tamen in speculia  
Jurum Germanicorum regulariter pro judice ordinario. LXIX.  
Voices Amtmann & Pfleger serius quidem, sed tamen jam  
sub Friderico III. usurpare de judicibus urbicis von Reichss  
Vögten. LXXI. Judges debent esse homines integræ famæ &  
Latii, Judges ordinarii vero minimum dignitatis nobilitas. LXX.  
Judge ordinarius judicavit in omnibus causis, cum primis majo  
ribus, tam criminalibus & paenitentiaribus zu Hals und  
Hand, quam civilibus, i. e. realibus. LXXI. Judge ordina  
rius in singulis provinciis unus fuit, & exercuit potestatem judi  
ciariam tanquam regale majus, quod adiuncta habuit alia re  
galia. LXXII. Idem ter in anno judicia publica & solennia in  
stituit. LXXIII. Sub jurisdictione judicis ordinarii fuerunt  
omnes, nobiles, ignobiles, cives, agricultores. Notatur Gemmin  
gius apud Besoldum. LXXIV. Judge vicarius non solum ju  
dicis ordinario adjunctus fuit, sed & judicavit in causis crimi  
nalibus paenarum minorum zu Haut und Haar/ & civilibus  
minoribus i. e. debitorum personalium. LXXV. Debuit esse  
persona libera, judicium habuit certis anni temporibus, & co  
ram ipso judge ordinarius conventus fuit in causis debitorum  
personalium. LXXVI. Plures tamen fuere vicarii, inter quos  
modo memoratus fuit primarius. LXXVII. Vicarii vel electi  
sunt & subfeudati ab ordinario judge, vel electi a vicillis, aut  
ad momentum in Nothhaft/ aut in perpetuum, qui sub  
infeudati ab ordinario fuerunt. LXXVIII. Inde ostenditur  
differentia inter Schultheiß GoGraff Bürgermeister/  
Bauermeister. Varia acceptio vocum Cent. Graff &  
GoGraff. LXXIX. Judges omnes habuere cognitionem  
causæ, sententia dictiōnem & executionem. An judge effe pos  
sit, qui sententiam querat ab aliis. Muleta judicium, Wets  
te/Busse. LXXX. Executor judicialis, der Kronbote.  
Eius jura remissive. Judge ordinarius dictus der rechte Kron  
bote i. e. Missus Regius vel Sanctus. LXXXI. Magistratus  
civici subinfeudati a judge ordinario judicarunt de delictis  
levioribz

THES. INAUG. DE JURISDICT. ET MAGISTR.

levioribus venditionum, sed in iis saltē locis, ubi non fuit  
Sculetus, & non ultra Haut und Haar. Per Burggrā-  
fium in Jure Suevico intelligitur Scultetus. LXXXIII. A vi-  
cariis, etiam a Sculteto appellatum fuit ad judicem ordi-  
narium. LXXXIII. Obscurum interpretibus juris reddide-  
runt Ius Germanicum varia nomina judicis ordinarii. Pfälz-  
grāfios, Marggrāfios, Landgrāfios, Burggrāfios, Reichs-  
Vögte omnes fuīse judges ordinarios, & ab unius po-  
testate judicaria reele inferri ad potestatē alterius. LXXXIV.  
Non agi hic de differentiē ratione dignitatum. An temporibus  
Carolinis fuerint Landgrāfi? Explicatur Lebmānnus. LXXXV.  
Comites Palatini judges ordinarii supremi Regis & Ducum an-  
tiquorum. Distinctio judicis ordinarii in supremū, i.e., Regium  
vel Ducalem, & inferiores seu provinciales. Supremus in palatio,  
inferiores sub dio ius dixerunt. LXXXVI. Quatuor Germanie  
Comites Palatini, Saxonie, Bavarie, Franconie, Suevia, ex spe-  
culo utroque. LXXXVII. Comites Palatini an judicariam po-  
testatem exercuerint nomine proprio, an nomine Regis? Dispen-  
sus duorum speculorum. LXXXVIII. Palz in genere locus judi-  
ciorum etiam vicariorum. Non tamen leguntur judges vicarii  
Pfälz-Graffen dieti. LXXXIX. Marggrāfii sunt judges pro-  
vinciales. XC. Marchio secundum doctrinam utriusque speculi ju-  
dicia exercet nomine proprio non alieno. XCI. Ubi intelligitur  
Marchio Brandenburgicus. XCII. An appellatum fuit ad Mar-  
chiones a Vicariis? Rationes negandi. XCIII. Rationes affirmandi.  
XCIV. Cur mulēta Marchionis fuit inferior judicem aliorum  
mulēta? Judex Marchionis der Burggraffe. XCV. Land-  
Graffen / Land-Richter / Land-Vögte Synonyma.  
Landgrāfii habuerunt jurisdictionem criminalem & civilem in  
provincia. XCVI. Loca speculi utriusque de Landgrāfis. XCVII.  
Burg non tantum castellum denotat, sed & oppidum. XCVIII.  
Burggrāfii itaque fuisse Judges vel Comites urbium. XCIX. In-  
ter Burggrāfium & Landgrāfium ratione potestatis judicariae  
nulla differentia. Notatur lapsus Sagittarii. Comites civitatum  
iidem, qui Comites pagorum. C. Burggrāfiorum & Landgra-  
fiorum eadem potestas judicaria tam in criminalibus quam in  
civi-

civilibus. Ostenditur de Burggrafsio Noribergensi erronee afferi, quod habuerit saltem in judicio provinciali jurisdictionem civilem. Burggrafs etiam denotat aliquando judicem vicarium. CI. Advocati urbici Reichs-Vögte iudicatus sunt cum Landgrafs & Burggrafs. Unde dicti? Respondetur dissentienti Autori Actorum Lindaviensium. CII. Ex quo tamen fuisus probatur Reichs-Vögte exercuisse potestatem judiciariam, maxime in criminalibus tanquam regale imperii. Rechten über Hals und Hand/ quid denotet. CIII. Vicarius des Reichs-Vogts judicavit saltem zu Haut und Haar. Quid hoc significet. CIV. Hunc Vicarium nullum alium fuisse quam den Reichs-Schultheiss/ contra Autorem Actorum Lindaviensium probatur ex ipsius alio loco. CV. Successu temporis ab Advocatis urbicis etiam suis Sculteris delegata fuit potestas cognoscendi & judicandi in criminalibus. Unde & precedentiam acceperunt über Bürgermeister und Rath. CVI. De Advocatis Ecclesiasticis remissive. CVII.

Thef, I.

**D**ifficillimam esse in corpore Juris Justiniane præ reliquis doctrinam de Jurisdictione, ostendunt commentarii Interpretum, qua veterum qua recentiorum ad Pandectarum de Jurisdictione titulum, & frequentissimæ dissensiones circa quæstiones intricatas ac subtilem hic occurrentes; v. g. quomodo differat notio & jurisdictio, jurisdictio & imperium, imperium merum & mixtum? quinam actus pertineant ad Jurisdictionem, quinam ad mixtum imperium? an detur jurisdictio criminalis? an executio sit actus jurisdictionis? an jurisdictio voluntaria sit vera jurisdictio? & quæstiones aliae de jurisdictione mandata, delegata, prorogata, propria, aliena: item de officio judicis pedanei & de differentia jus dicentis & judicis, item jurisdictionis & judiciorum. vide Commentatores ad ff. tit. de jurisdictione & de judicio, ac præ reliquis STRAUCH. Dissert. 20. cum notis Dr.

B

PRÆ-

PRÆSIDIS. FRANZK. ad ff. dd. II. HUBERI *praelectiones ad illos titulos*. Et jam CORASIU<sup>S</sup> L. 13. *Miscell.* c. 17. item DUAREN. c. 1. in pr. ad tit. ff. de Jurisdict. nullum locum in jure tam salubrosum esse dixerunt, quam hunc de jurisdictione; unde ad veritatem ejus indagandam veteres JCtos ex inferis revocando esse putavit Vigilius teste STEPHANI de Jurid. L. 1. c. 1. n. 2.

Th. II. Quamvis vero in eo maximam partem consenserint, quod jurisdictione sit potestas communis magistratibus competens, imperium autem & alii actus magistratibus pro diversitate officiorum specialiter mandati fuerint; infinita tamen etiam occurrent difficultates in exponendis titulis & legibus Juris Justinianei de officiis horum magistratum agentibus libro primo Pandectarum & Codicis, præprimis si commentarios & interpretationes primorum Glossatorum, Accursii, Azonis, Bartoli, Baldi, Jasonis & reliquorum evolvas (quorum vitas mira diligentia collegit GUIDO PANCIROLLUS in tractatu iucundissimo de Clavis Legum interpretibus Libro 2.) quos postea plurimi ex novioribus fecuti sunt.

Th. III. Causæ vero harum difficultatum sunt, partim quod Pandectæ ex variis JCtorum diversis sectis deditorum scriptis sint collectæ, qui voce jurisdictionis, imperii ac reliquorum terminorum diversimode usi sunt, ac uti alias, ita & in questionibus ad jurisdictionem pertinentibus nonnunquam inter se diffenserunt, ut hinc facile contingere potuerit, ut non sentientibus Pandectarum collectoribus hinc inde assertiones ex principiis contrariis vel diversis provenientes excerptæ ac male unitæ fuerint: partim quod primi Juris interpretes ad exponendum jus Romanum non attulerint (vicio tamen magis seculi quam proprio,) fundamenta genuina doctrinæ interpretandi, sed omnes difficultates distinctionibus quibuscumque cerebrinis, & iustis ac palpabilibus interpretationis ac rectæ rationis regulis contrariis tollere voluerint, ac insuper summe necessario ad explicandas leges Romanas subsidio, Historia nempe &

pe & Reipublicæ atque rituum ac aliarum antiquitatum Romanarum notitia fuerint destituti: partim denique, quod noviores JCti Glossas per ignaviam fere exscriperint, vel alio violentiori interpretationis genere textus juris pro lubitu æque cerebrino inepte corrigendo usi fuerint; vel quod miscendo mores Germanos & leges Romanas rem in se satis difficultem reddiderint difficultiorem.

Th. IV. Etenim si Doctores evolvas circa doctrinam jurisdictionis, magistratum seu judiciorum & judicum Germanorum, deprehendes eandem querelam ubique esse, intricatissimas videlicet & apud Germanos esse materias memoratas. *vide CARP-ZOV. Pr. crim. qv. 109* Hujus vero difficultatis causa similes sunt, intempestive tentata explicatio ejusdem ex jure Romano; negligetus & a JCris Germanicis quamvis frustra intentata suppressione morum priorum speculis Saxonico & Svevico collectorum; orta exinde ignorantia antiquitatum Germanicarum; paucorum JCtorum, qui in antiquitatibus Germanicis bene versati erant, interesse, ne hæc materia ex difficultatibus extricetur; ac denique noviorum scriptorum jurispublici, etiam subsidiis debitibus instructorum, communis negligentia eruendi ex tenebris veritatem, qui tamen varias ob rationes excusari poterunt, quod maluerint excerpere, quæ ab aliis scripta deprehenderunt, quam tardiosum laborem, confusa per tantum temporis spatium fecerendi, suscipere, præprimis cum & aliis laboribus gravissimis, ne id commode facere possent, impediti fuerint. Sed necessum est, ut hæc summatim dicta paulo distinctius exponantur.

Thef. V. Et quidem cum plerique, qui de difficultate explicanda jurisdictionis Germanica conqueruntur, ad Mynsingerum provocare soleant, eumque in explicatione ipsa maximam partem sequantur, (*vid. W E H N E R. observat. pmst. verb. Vogtey. BESOLD. in thesauro practic. ead. voce KLOCK. de Ænar. L. 2. c. 92. n. 30. M A G E R. de Advocat. armat. c. 2. n. 204. KNIPSCHILD. de Jure civit. Imper. L. 2. c. 6. n. 160.*) in tantum, ut eruditus autor actorum Lindaviensium fol. 330. Mynsingeri

geri vitulo recentiores omnes arare dicat, non parum conduceat, si de hoc JCo pauca quædam dixrimus.

Thef. VI. Posteaquam cum Academiis ex Italia simul Juris Romani Professores in Germaniam venissent, & hi de professione sua magis solliciti, quam de moribus Germaniæ, auditores suos de hoc solo jure peregrino informarent, ex auditoribus vero plurimi postea ad judicia tam inferiora quam superiora & summa in Germania adhiberentur, naturæ humanæ communis conditio, ea quæ didiceris studere ut in usum deducas, eos impulit, ut etiam Jus Romanum in foro Germaniæ introducere alaborarent. Idem & Camera Imperiali accidit, præprimis post A. 1560. Exemplum ejus rei in emancipatione Lœwensteiniana allatum est in *Dissert. Inaugur. de Quasi emancipatione Germanorum sub directione DN. PRÆSIDIS habita.* De damno, quod hac ratione Jurisprudentia Germanica passa fuerit, vide latius AUTO-REM des Bedenkens von justitiæ Werck *passim*, & AUTO-REM Parthenii litigiosi L. 1. c. 7. n. 36. & L. 2. c. 5. n. 18.

Thef. VII. Erant inter Assessores Cameræ illorum temporum (*quorum catalogum vide in subscriptione epistole ad Gaium hujus operibus prefixæ in edit. Colon. Agripp. 1611.*) eruditione & scriptis imprimis plæclarissimi Joachimus Mynsingerus a Frundeck & Andreas Gaiilius, primi, quod sciam, variarum observationum Cameralium editores & amuli in tantum, ut mutuo se plagii literarii accusarent. Sed utriusque scripta integra ostendunt, nullam ab iis rationem fuisse habitam juris Germanici, sed solum allegatas esse leges juris Romani & Glossatores, aliosque autores exteriores. Imo ipse Mynsingerus, dum opus observationum suarum commendat, ne mentionem quidem juris patrii facit, sed postquam statim fundamenti loco posuit, quod ex Juris Romani disciplina atque cognitione humani generis quies & tranquillitas proficiscatur, & sine ea societas inter homines diu confistere nequeat, mox conqueritur de multiplicatione dissensus JCo rum in exponendo eo jure, de opinionibus communibus contra communes, de aliorum JCo rum

rum disputatione contra receptas sententias &c. Contra quos defectus remedii loco suppeditat, ut observationes variæ sentiarum Cameralium colligantur, ac ex iis autoritate Imperiali definitiones quæstionum controversarum formentur. *vide Dedicationes & præfationes &c. premissas observationibus Mynsingeri & operibus Gailii.*

Th. VIII. Huic itaque Mynsingero, Ducatus Brunsvicensis Camerario hereditario & duorum Ducum Brunsvicensium Cancellario (*Epistola dedic. Pauermeisteri premissa ejus tractati de Jurisdictione Imperii Romani*) A. 1575. propositus fuit casus notabilis. Nimirum Dux Brunsvicensis Senatui urbis L. (forte Luneburgensis) A. 1493. vendiderat sub pacto retrovenditionis Advocatiam cum judiciis, juribus ac pertinentiis, die Vogteri zu L. mit Gericht aller Gerechtigkeit und Zugehörungen re. quæ postea Ao. 1571. successor ejus reddito emtoribus pretio sibi iterum acquisiverat, ac judicem einen Vogt ad jura illa administranda in urbe constituerat. Hoc vero facto nihilominus Senatus L. pergebat incarcere delinquentes, eos puniebat, dimittebat, jus conductus exercebat, relegabat, neque permittere volebat Principis Judici cognitionem causarum & citationes, sed saltim jus ad fidendi judicio a Senatu ordinato concedebat. Denegabat etiam eidem multas pecuniarias earumque acquisitionem, denegabat Principi jus conductus & arrestandi peregrinos, jus adquirendi hereditates, res expeditorias & geram defientibus legitimis heredibus. Torro & a Principis judicio ad judicium Senatus appellations introduci volebat: Contra Princeps prætendebat hæc omnia ad suam jurisdictionem & advocationem pertinere.

Th. IX. Hic infra dicenda ostendent, si secundum jura patria ex præfato casu quæstio formari & definiri debuisset, eam sic formandam fuisse: Quisnam debeat, si res in judicio ventilanda esset, actoris partes sustinere & intentionem suam probare? seu, pro quo sit præsumptio, a<sup>1</sup> pro

Principe, an pro Civitate? vel: utrum sub voce der Vogtey mit Gericht und allen Gerechtigkeiten intelligatur jurisdictione plena tam criminalis, quam civilis, stilo Germanico die Ober- und Unter-Gerichte / an saltem jurisdictionis quedam maxime limitata species? Questione sic formata pariter docebunt dicenda, ex moribus patriis absque ullo vel levi dubio, quod alicujus saltim momenti sit, pronunciandum fuisse pro Principe contra Se-natum.

Th. X. Verum tedium Juris Germanici ita jam Germaniam totam occupaverat, ut & in formanda questione puderet vel Consiliarios Principis querentis vel Mynsingerum responsi autorem adhibere terminos Juris Germanici. Ita enim legitur apud Mynsingerum: Hierauf ward gefragt / ob nicht unter den Worten (unser Vogtey mit Gericht und allen Gerechtigkeit) merum & mixtum imperium cum simplici jurisdictione & sic tota & omnimoda jurisdictione begriffen sey / und dem Rath gebühren wolle specialem exemptionem zu beweisen / oder ob nach des Raths zu L. Meinung/ singularis quedam species jurisdictionis oder simplex jurisdictione darunter verstanden werbe?

Th. XI. In ipso vero responso Mynsingerus præmittit: verba contractus super illa Vogteia seu Advocacia esse obscure posita, ut ex illis literis non appareat, quid per eam intelligatur. (Scilicet cum hic contractus in Scripturam redigeretur, quilibet sciebat, quid sub nomine der Vogtey mit dem Gericht intelligebatur, nec poterant illo tempore prævidere, quod post seculum celebratisimi JCti & Assessores supremi judicii Germanici sint ignoranti mores patrios & terminos juris patrii.) Ergo questionem esse Sabbathinam (ita pergit Mynsingerus) & difficillime posse sine suppeditatione specialiorum circumstantiarum definiri. (Quis vero post seculum informaret de specialioribus circumstantiis? Ergo vides jam illis temporibus occlusas fuisse Doctoribus Juris decisiones nobilissimarum controversiarum. De quo diu ante etiama questi sunt status Imperii in reformatio-ne, que dicitur

*dicitur FRIDERICI III. de A. 1441. artie. 5. declarat. 2. apud GOL-  
DAST. f. 166. seqq. der Reiches/Satzungen quod jus Doctori-  
bus Juris magis sit occlusum quam Laicis &c.)*

Th. XII. Etsi vero postea Mynsingerus rationes & pro Principe & pro Civitate afferat, & ad has posteriores respondeat, adeoque magis ad partes Principis quam Civitatis in iudicando inclinaverit; utique tamen per totum responsum tam rationes dubitandi quam decidendi ex Jure Romano magis, quam ex Jure Germanico desumfit & ita fluctus movit in simulo. Nam inter rationes decidendi octodecim pro Principe saltim quinta desumta est ex Jure Saxonico, ubi ex verbis, quibus utitur Mynsingerus, apparet, eum strenue ignorasse leges Germanicas, & saltem registrum der alten Wörter ac loca, ad quæ illud in voce Vogtey remitteret, inspexisse.

Th. XIII. Similiter in rationibus dubitandi pro civitate L. pleraque rationes iterum ex Jure Romano & Glossatoribus desumptae sunt, nisi quod in nona ratione assertio illa ponatur: daß das Wörlein Vogt und Vogtey ein recht amphibolon & verbum ambiguum sey/bedeute dann diesen und jenen Richter und Gerichts- Zwang/ wie in vielen Exemplin der umliegenden Sächsischen Länder zu bescheinien sey? quæ postea varia affert, sed ita tamen, ut si ea examinaveris accurate & inter se contuleris, mox apparcat, quod in plerisque exemplis Judex ejusmodi ein Vogt habuerit jurisdictionem, si non civilem & criminalem simul, tamen criminalem den Blutbam.

Th. XIV. Ubi obiter nota, quod cum Doctores (WEHNER. in observ. voce Vogtey & post hunc alii) partim positionem illam, partim exempla a Mynsingeru allata attulerint, contra regulas bona interpretationis observare soleant tanquam rem notabilem & indubitatam, quod voces Vogtey ac Vogt nullam regularem ac communem significationem habeant, cum tamen considerare debuissent, allata a Mynsingeru exempla diversum plane ac contrarium ostendere, eamque positionem non esse ut rationem decidendi allatam a Mynsingeru,

singero, sed solum ut rationem dubitandi. At rationes dubitandi sunt saltim positiones dubiæ ac incertæ, aut plane falsæ, neque mentem Doctorum ex quibus excerpuntur, exprimunt, sed potius eorum veræ sententiæ repugnant, quod ostendit hic etiam Mynsingeri conclusio, ubi illis rationibus allati sub jungit, quod ex nulla juris præsumtione nitantur, adeo que illis non credendum sit, nisi probentur.

Th. XV. Atque hæc ulterius probantur, eo quod Mynsingerus postea rationibus dubitandi pro Senatu adductis distincte respondet; ubi tamen non diffidendum est, quod uti argumenta ex Jure Romano & Glossatoribus adducta per alios Doctores & Leges satis fuse refutat, ita tamen rationem dubitandi illam nonam ea diligentia non refutaverit, quod iterum indicio est, eum in Jure Germanico non bene versatum fuisse.

Th. XVI. Quin & ultimo Mynsingerus in conclusione responsi vacillat: Dicit equidem, quod Princeps posset omnimodam jurisdictionem exercere, donec Senatus assertum suum probet; sed statim addit, quod tamen quæstio ipsa videatur esse valde dubia, & quod non posset accurate definiri ob deficientem informationem de pluribus circumstantiis scitu necessariis. Quare consultit, amicam compositionem esse tentandam & in ea probe inquirendum esse dicit, an Princeps ante venditionem in civitate illa Advocatum subordinatum habuerit, & an hic, & in cuius nomine, & an cum, an vero sine banno judicium exercuerit? item an Senatus post acquisitionem illius judicii ejusmodi Advocati officium continuaverit, in quo hujus potestas confiterit, & quanam ejus officii pertinentiæ fuerint? tunc enim facile constare posse, quid in contractu intelligatur sub voce Vogtey. Quod si tractatus pacifici finem liti facere nequeant, tum rem a judicibus compromissariis definiendam esse; ubi tamen statim addit, ob rationem dubitandi nonam, manere rem dubiam, cui parti probatae sint injungendæ, adeoque submittit totam controvèrsiam Consiliaris Principis.

Th. XVII.

Th. XVII. Excerpta sunt, quæ hactenus adduximus, ex centuria secunda responsorum MYNSINGERI, decad. 13. Resp. 3. que satis ostendunt, ipsum Mynsingerum ob communem istis temporibus ignorantiam Juris Germanici nescivisse, quid respondere debeat, adeoque a novioribus Doctoribus Juris ex eo & aliis scriptoribus illorum temporum, etiam Cameralibus, parum solidi in questionibus de Jurisdictione ac Judiciis Germanicis afferri posse. Observarunt id ante nos jam alii Jcti Clarissimi. VULTEJUS Cons. Marpurg. V. I. cons. 34. n. 53. scribere non veretur: *Prejudicia Cameralia, que a Gaiilio, Mynsingero & aliis allegantur, non tam facile trahenda sunt ad exemplum, presertim in controversiis perplexis & multiplicem distinctionem habentibus; neque rarum est, ut ipsi Domini Affessores Camera Imperialis a prejudicis suis recedant, cujus exempla ex observationibus allegari possent, nisi quotidiana doceret experientia.* COTTHMANNUS Vol. 1. Resp. 13. n. 124. eandem cum Vultejo fovet opinionem. Ita enim inquit: *Non ita debemus commoveri prejudicio a Mynsingero recitato. Nam quemadmodum prejudicia illa Tribunalis supremi non temere sunt repudianda, sed attente consideranda, sic quoque temere non sunt pro lege vel oraculo Delphico habenda. Sunt enim res inter alios aetate, & de actis, super quibus concepta & pronunciata sunt, nihil conflat, ut verisime dicitur, prejudicia ea habere se insofar dicujus referentis ideoque nihil certi probare, antequam de relato satis constet.*

Th. XVIII. Successu temporis magis magisque aucta confusio doctrinæ est, cum initio seculi 17. famigeratissimi ob multam lectionem & rerum gestarum experientiam Jcti Matthias Stephani & Tobias Pauermeister sub titulo tractatum de Jurisdictione edenter Systemata vel quasi totius prudentie juris publici Romano-Germanici. Neque enim & horum scripta tuto consulere poteris in solvendis questionibus difficultibus de Jurisdictione five Germanica five Romana, partim quia illi tractatus pariter testantur negligenter Juris Germanici & infelicem torturam Juris Romani ad mores Germanorum, partim quia errores Glossatorum infiniti.

infinitos in doctrina de Jurisdictione commissos, inter illos vero primarium illum, quod jurisdictionis & imperii meri vocem extenderint ad complexum omnium particularum summæ potestatis repetierunt, & autoritate sua qua pollebant, ulterius propagarunt.

Th. XIX. Scilicet postquam Romani Scriptores Seneca & Cicero aliquando voce jurisdictionis abusive & in significatu a significatione juris plane alieno usi essent pro summo imperio, inolevit apud Accursium, Bartolum, Baldum, aliaque primorum Italorum Juris Romani interpretationem lumina, ut non solum jurisdictionis vocabulum, sed & doctrinas juris Romani de jurisdictione ad quamlibet potestatem sive summam sive inferiorem producerent, quod & imperii meri fatum fuit. Hinc Bartolus sex meri imperii gradus constitutus in primo collocavit potestatem legum ferendarum. Idem cum aliis confiscationes, occupationes bonorum vacantium, potestatem vectigalia imponendi & similia ad merum imperium retulit. *Vid. ILLUSTR. HERITI Elementa prudentiae civiles P. 1. Sect. 6. §. 2. & quos ibidem citat.* Hic ergo error ad confundendam totam doctrinam civilem & jurisprudentiam aptus, per JCtos Germanicos autoritate pollentes etiam in Germania propagatus, multum ad nostra tempora impedivit faciem & distinctionem expeditionem controversiarum de potestate judiciaria.

Th. XX. Error enim errorem generavit. Nam cum jurisdictione & merum imperium apud Romanos essent affectio-nes magistratum, magistratus etiam vox a JCtis Italis non solum Principibus Germania, sed & Imperatori fuit tributa. Sic Alvarottus, Baldus & alii Principem appellant summum magistratum. Bartolus & alii magistratus in quinque ordines distribuente in primo ponunt Superillustres, Papam & Imperatorem &c, SUTHOLT. *de Juris. §. 183.* Et nihil notius, quam quod Electores & Princes Imperii cum Praefectis prætorio aut Praefidibus, magistratus civitatum Imperialium cum Duumviris aut Decurionibus Romanorum,

Com-

DIFFERENTIA SECUNDUM MORES GERMANORUM. 19

Commisarii Germanorum cum iis, qui mandatam seu delegatam potestatem habent, comparentur; Quos errores etiam multum promoverunt Stephani ac Pauermeisteri modo memorati libelli.

Th. XXI. Ortæ porro illis temporibus & postea subinde continuatae disputationes de jure Principum vel Episcoporum in civitates libertatem prætendentes, & J Ctorum in subfidiu advocate & utrobique partibus inservientium officium non prodendi causam partium, & studium omnia conquirendi, que partibus inservire possent, priores & haec tenus recensitas confusa doctrinæ rationes auxerunt. Hinc aliis a jurisdictione in aliqua civitate Principi vel Episcopo competente summum in civitatem imperium deducere, & civitati illi, aut etiam (accedentibus aliis adminiculis non majoris ponderis) civitatibus omnibus imperii quæstionem status movere sustinuit; aliis contra civitati municipali vel liberæ, cui aliquando vel a Principe vel ab Imperatore jurisdictione oppignorata vel vendita fuerat, vel libertatem, vel plenam & Principum ac Ducum potestati æquiparandam potestatem asserere non erubuit. Rursus aliis dum fontem erroris cognosceret & industria cognitionem aliquam juris Germanici aut eruditio nem sibi comparasset, destinata tamen opera a distincta proponenda doctrina de Jurisdictione Germanica abstinuit, ne forte quid poneret, quo pars adversa adversus partem, quam defendebat, uti posset, sed saltem ex Jure Germanico loca hinc inde excerpta subinde adversario deglutienda objicit, aut etiam, si interesset partium decisionem causa differri & rem magis intricatam reddi, dolo, quem Advocati bonum vocant, utens, imitatus adversarium miscuit studio quadrata rotundis, Romana Germanicis, & contradictiones opposuit contradictionibus.

Th. XXII. Quis non horret volumina ingentia in causa Brunsvicensi ex ultraque parte scripta, quæ, si controversia ex moribus Germanicæ & sine studio partium fuisse deduxta, absque tædio potuisset longe brevioribus scriptis expli-

explicari. Laborant vero & alia scripta præcipuorum in ea controversia defensorum Andrea Knichen & Johannis Dauthii, præprimis prioris de superioritate territoriali iisdem natus. Similis est ratio Autoris des gründlichen Berichts in causa der Stadt Friedberg wider die Burg daselbst de An. 1610. Item Scriptorum variorum in causa Bremensi, cumprimis a parte Archi-Episcopi publicati scripti, sub titulo Nachtrag d. A. 1641. & a civitate Bremensi huic oppositæ der Stadt Bremen Ehren-Freyheit und Standes Rettung A. 1646. Ut taceam Knipschildii opus integrum de Juribus civitatum Imperialium.

Th. XXIII. Porro cum in his controversiis ab iis, qui jura civitatum defenderent, sepe objecta fuissent partis adversæ defensoribus, fere ubique ad Jura Romana provocantibus, loca ex jure Germanico de judiciis Germanorum disponentia, inque iis terminus Advocatæ seu Vogteæ vel Advocati des Vogts occurreret, per tamdiu vero neglectum Juris Germanici studium communiter fere ignoraretur, quid rei esset illa Advocatia, multi ea de re curiosi avide expectabant rei antiquitus notissimæ sed jam occultatae declarationem. Non dari poterat ea nisi ex ipsis moribus Germania. Ac ostendent quidem suo loco latius dicenda, & jure Gentium & moribus Germanorum potestati judicandi inesse aut saltem cohærere jus protegendi eos, quibus justitia administratur. Neque poterit hoc jus protegendi in Republica quacunque absque summa concusione quietis & salutis publicæ separari a potestate magistratum, quibus officium justitiam administrandi incumbit. Sed cum Germania potissimum post infastum illud interregnum per plura secula bellis intestinis vexata esset continuo, cum aliis irregularium Rerum publicarum natus ac morbis in Germania etiam obtinuit jus protectionis a summa potestate aut superioritate territoriali, sepe etiam a jurisdictione seu judicandi potestate separatum, quod & ipsum tamen communis nomine cum potestate judicaria Advocatæ

vocatæ fuit insignitum, & saltim distinctionis gratia ab Advocatia judiciali Advocatæ armata titulo decoratum. De quo adeo commune proferri solet proverbium: Schutz und Schirm Gerechtigkeit ist keine Obrigkeit.

Th. XXIV. Sed quemadmodum regulariter facere solent malæ causa patroni, ut falsis ac Sophisticis argumentationibus in defectu verarum tui soleant ad persuadendas populo assertiones suas; inter eas vero fallacia conversionis illicitæ maxime vulgaris est & omnium frequentissima; Ita etiam subinde factum est, ut in hac materia non infrequenter allegatum fuerit, magistratus potestate judicaria gaudentes carere jure protectionis, adeoque proverbium pessime inversum: Obrigkeit sey keine Schutz Gerechtigkeit. Hoc vero absurdio semel obtento ulterius itum est, asserendo id, quod omnibus juris divini & humani principiis repugnat, Advocatiam armatam extraordinariam & non nisi belli aut similis periculi intuitu licitam valere etiam pacis tempore adversus magistratus, qui potestatem judicariam exercent.

Th. XXV. Debebat igitur si quisquam, vel maxime MARTINUS MAGERUS A SCHOENBERG in volumine de *Advocatia armata*, quod anno elapsi secundi vigesimo quarto editum, non solum ex communibus prudentiae civilis principiis, sed & ex historia & legibus publicis Germaniæ, irregulare illud jus protectionis, quod in Imperio nostro hodiendum durat, perspicue deducere, & ex iisdem genuinis fundamentis exponere & limitare, tum etiam differentiam Advocatæ armatae ab Advocatia judiciali clare ac distincte ostendere, atque ab erroneis opinionibus communibus lectores abducere. Sed debebat. Etsi enim vel præmissus volumini illi elenchiis diplomatum & autorum doceat, ab eo Scriptores rerum & Jurium Germanicorum non fuisse plane neglectos; etsi integrum opus satis doceat, fuisse virum infinitæ lectionis & diligentia, atque præterea pro ratione illorum temporum non nullius judicii; Simul tamen accusatio-

rator inspectio hujus tractatus demonstrat, nec eum debita prudentia civilis & antiquitatum Germanicarum subsidia ad solidam discussionem materiae, quam tractandam sibi proposuerat, attulisse, sed integrum illud volumen, si absque affectu de eo judicare velis, esse locos communes de hac materia ex pluribus autoribus magna cura collectos, ac methodo Ramistica utcunque dispositos, sed cordatioribus jurisprudentiae studiosis parum, vel certe non multum futuros.

Th. XXVI. Uci vero de jure protectionis & questionibus eo pertinentibus alibi dicendi occasio commodior se forte offeret; ita sinceritatem judicii nostri sequentia confirmabunt. Tractat memoratus I Cetus in capite secundo de variis clientelaris juris, Advocatiae, Advocatorum ac Clientum appellationibus, synonymis, homonymis & aquivocis diversarum linguarum, idque multo sudore & labore. Hic itaque locus erat etiam tractandi de differentia Advocatiae armatae ab Advocatia, quae potestatem judicariam denotat; sed nec hic tamen nec ullibi alias, quod deprehendere potuerim, do. Etrinam illam necessariam expedit. Saltem n. 43. d. capit. notat, Advocatiae vocem saepe pro jurisdictione simplici seu Vogteia sumi, idque quasi dubium esset in numeris multis sequentibus ex diplomatibus quibusdam probat, ac insuper variis argumentis utitur, ut omnino persuadeat incredulis, quod vox Advocatiae in illis diplomatibus non denotet Advocatiarm armatam. Similis est altera observatio n. 73. seqq. de voce Advocati, quod interdum denotet praefectum einen Land-Graff. Nam & hic in singulis sere lineis indicia deprehendis, haec omnia tractasse Magerum tanquam sibi peregrina & alias incognita, & quasi ulli rerum Germanicarum gnaro ea de reposita esse dubium. Tum n. 104. ex Mynsingerio & qui eum postea exscripsierunt, observat, quod vox Vogtei sit ambigua, & ex materia substrata & usu regionis eruenda. Quod vero questionem attinet, an etiam advocatus clientes suos contra proprium magistratum tueri debeat? tantum abest,

ut

ut Magerus eandem ex communi natura & gentium jure negative definiat; ut potius magno conatu affirmativam etiam intuitu summi magistratus multis rationibus defendere allaboret, sed profecto talibus, ut legentibus & veltantillum doctrina civilis prudentia imbutis ruborem excutiant. *Vide cap. 13. n. 292. seqq.* Unde apparet, quam caute procedendum sit iis, qui in doctrina de Advocacia præprimis potestatis judiciorum tradita Mageri probationis loco adducere volunt.

Th. XXVII. Pergendum ad alia. Durantibus turbis belli tricennalis scriptum aliquod, nescio quo anno, ante tam annum 1639. prodiit, cuius intentio fuit probare, quod olim Advocati sive ministri imperiales in singulis Imperii urbibus nomine Imperatorum Senatoriis consultationibus non interfuerint modo, sed & præfuerint; item quod conductat Imperio Advocatos Imperiales iterum introducere in urbes Imperiales, die vor Alters herkommene/ aber in Abgang gerathene Kaiserl. Reichs-Vögt/ Reichs-Schulteissen/ Reichs-Ammanne in die Erb-Frey- und Reichs-Städte wieder einzuführen. Adjunctus fuit hic discursus Thesauro practico Besoldi illis temporibus recuso per modum additionum ad vocem Reichs-Stadt. Imo ipse Besoldus a nonnullis pro autore fuit habitus. *Vid. Lindausche Atlas. fol. 50. Inedit. von Reichs-Vögten edit. de anno 1635. initio prefationis.*

Thes. XXIX. Ut vero illo tempore civitatibus Imperialibus ab aliis etiam scriptoribus controversia status movebatur, an videlicet pro liberis statibus Imperii habendæ sint; Ita sentiebant facile civitatum Imperialium Senatores, actum esse, non quidem de eorum immediatae, sed de regalibus saltē quibusdam potissimis, si autor illius scripti intentionem suam obtineret: Inde opposuerunt, uti creditur communiter, per D. Danielēm Heiderum A. 1639. aliud scriptum, sub titulo: *Discours über die Frage/ ob die alten Reichs-Vogteien dieser Zeit bey den Reichs-Städten mit Fug und des Reichs Wohlfahrt wieder angerichtet werden sollen oder können/ oder nicht?* In quo scripto autor tractare etiam voluit de officio

officio ac potestate, item origine, mutatione & defectu tam  
Advocatorum Imperialium urbicorum, quam Advocatorum  
Ecclesiasticorum, eorumque inter se differentia. *Vide Linz*  
*dansche Acta d. l. & d. prefationem ab init, nec non ipsum Heideri*  
*discursum, ac titulum apologie adjecta.*

Th. XIX. Adversus hunc discursum quidam Consilia-  
rius Episcopalis An. 1643. publicavit scriptum, cui titulus:  
Widerlegung eines über die in den Reichs-Städten von Alters  
hergekommenen Reichs-Vogteien in Druck ausgesprengten  
Discurs, so viel darin die Vogtey der Stadt Augspurg zum  
vermeinten Exempel angezogen worden / in quo tamen autor  
præter examinationem exemplorum de civitate Augustana  
intendit allatam distributionem in advocatias urbicas & Ec-  
clesiasticas refutare, aliaque prioris autoris tradita erroris ar-  
guere, sed & Episcopis secularem potestatem in urbes Ger-  
mania, in quibus fuere sedes Episcopales jam sub primis  
Regibus & Imperatoribus Francicis adscribere, & quantum  
ad civitatem Augustanam, prolixius exponere, ac jura illius  
Episcopi ulterius, quam par erat, extendere, contra jura ci-  
vitatis & statum extenuare. Cui scripto quamvis demum  
post Instrumentum pacis, anno videlicet 1655. idem, ut  
creditur, Heiderus opposuit pramissio priore discursu proli-  
xam apologiam. *Vide dict. prefationem.*

Th. XXX. Eadem auctori tribuitur opus, quod communi-  
ter sub nomine Actorum Lindaviensium citari solet, alias vero  
titulum habet: Ausführung / wessen sich die Stadt Lindau /  
wegen einer ihr in anno 1628. abgelösten / und den Grafen von  
Montfort überlassenen / folgends in anno 1638. der Herzogin  
Claudiae pendente lite cedirerat Reichs-Pfandschaft / beydes  
in petitorio & possessorio zu getiosten habe / publicatum A. 1643.  
in fol. In quo scripto iterum pluribus agitur de natura & dif-  
ferentia Advocatarum tam urbicarum, quam Ecclesiastica-  
rum, ac multa argumenta tractantur ad doctrinam de ju-  
diciis Germanicis ac Magistratibus potestate judicaria gau-  
dentibus apprime facientia.

Th. XXXI.

Th. XXXI. Ut vero non est diffitendum, hæc duo vel tria scripta Heideriana methodo incedere a communi, quam haec tenus subinde notavimus, JCTorum methodo plane aliena, & quæstiones, quas tractant, primario ex antiquitatibus Germanicis deducere; adeoque præ se ferre, quod autor fuerit ad miraculum usque illorum temporum Juris Civilis pariter & Germanici eruditissimus, atque hinc, si quisquam, potuerit doctrinam hanc intricatissimam optime explicare, ac etiam in multis punctis & quæstionibus bene explicaverit, adeoque primus hic fregerit glaciem difficultatum supra recensitarum; Ita tamen mallem, ut Scriptores Juris publici aliique, dum materias huc pertinentes tractant, non ita nimis secure & indistincte ad horum scriptorum autoritatem provocassent, sed recordari suissent, Autorem, dum ista scriberet, non fuisse extra studium partium positum, sed Advocatum & Augustanum & Lindaviensem, si non utrobius titulotenus apertum, uti intuitu Lindaviae sic vocatur in actis Lindaviensibus fol. 10. saltem utrobius intuitu tractatum ipsum, qui jura Augustanae & Lindaviensis civitatis ex professo tractant; adeoque vel ratione officii multa omisisse & tacuisse in hac materia, multa defendisse, quæ alias extra partes positus non tacuisse aut aliter defendisset. Eadem quæ de scriptis Heideri dixi, repetenda sunt quoad usum Chronicis Spirensis Lehmanniani, quod in omnium manibus adhuc est.

Th. XXXII. Quam vigilantes enim fuerint in his & similibus negotiis Civitates Imperiales, ut non permetterent facile aliquid ponи in tractatibus jura earum defendantibus, quod ipsis præjudicio esse posset, vel exinde patet, quod operam dederint sedulo ac diligenter, ut tractatus adversariorum etiam ab iis refutati, quantum fieri posset, supprimenterentur. Quo in negotio facile intentum finem obtinere potuerunt, dum pleraque, si non omnia bibliopolia ipsis obnoxia essent, aut saltem bibliopolæ & typographi Senatibus urbicis magis devinetti essent, quam adversariis Civitatum Imperialium

rialium. Ita quamvis non ubivis obvia sint scripta pro civitate Fridbergenfi, Lindaviensi, Bremensi, Augustana &c. edita, non tamen ita rara sunt, ut scripta his adversa, quæ sere nusquam comparent. Ita, quod mireris, ipse discursus Befoldianus, an conductac Advocatias urbicas iterum in Imperio introduci, et si gnaviter refutatus ab Heidero, non appetat amplius in ejus Thesauro practico, sed in editionibus in folio novioribus Noribergæ editis, (Antiquiores in quarto non sunt ad manus) plane fuit expunctus.

Th. XXXIII. Cognita clare & distinete ratione ortarum tot tantarumque difficultatum circa doctrinam judiciorum ac Magistratum Germanorum, jam non difficile erit viam invenire istis difficultibus non obnoxiam, evitatis videlicet deviis istis, quibus aberrarunt a scopo scriptores alii. Nempe primo seponendum hic plane erit Jus Romanum, tanquam a moribus Germanorum intuitu jurisdictionis, judiciorum & magistratum judicandi potestate præditorum plane differens. Ostendit autem recta ratio, quod mixtura juriū talium necessario res perspicuas confundet & implicet, non vero res confusas explicare queat, similis hac parte vento, qui Cæcias a nautis dici solet, fluctus maris excitanti, sed motos iterum componere impotι. Ipse Andreas Knichen in dedicatione tractatus de superioritate territoriali multa hanc in rem habet egregia, modo ipsem vitio seculi non fuisse impeditus, quo minus ea ubique observaverit. Et hodienum secundum judicium præstantissimorum JCTorum controversias de jurisdictione ex jure Romano componere velle atque absurdum est, ac si lanam ab asino querere velis, oleum enim & operam ita perdes. Alii perniciosos appellant illos JCTos, qui de moderna jurisdictionis forma ex Legibus Romanis censem ac disputant. CARPZ. prax. crimin. qu. 109. n. 6. MEVIUS P. 4. decif. 290. ILLUSTR. DN. ORDIN. in usu moderno pan. dicit. ad iiii. de jurisdictione. lib. i.

Th. XXXIV. Secundo similiter cavendum erit a Mynsingero, Gailio, Stephani, Pauermeistero, Wehnero aliisque, apud

apud quos in hac materia Jus Romanum utramque facit paginam, & qui nihil vel certe parum ex Jure Germanico attulerunt, & si attulerunt, plerumque mixtura Juris Romani corruperunt. Eadem est ratio Knichenii, Dauthii, responsi Fridburgensis, deductionis Bremensis, Martini Mageri &c. præprimis cum evidens partialitas apud hos ubique eluceat, apud omnes vero haec tenus recensitos frustra quæras fundamenta prudentiæ civilis & juris universalis. Quod si tamen & apud hosce aliquando reperias granulum Juris Germanici purum, neque hoc erit negligendum.

Th. XXXV. *Tertio* vero cum ex omnibus antiquitatibus Germanicis collatis cum antiquitatibus Romanis constet, Romanos multis subtilitatibus & ambagibus ob peculiarem Statutum sui rationem involuisse præcepta simplicia communis prudentiæ civilis & mores gentibus aliis plurimis communes; contra Germanos veteres a Jure naturæ & gentium propter mores simplices, certe moribus Romanis longe simpliciores, non multum recessisse; præstabit ex doctrina prudentiæ civilis & iure Gentium observationes paucas & perspicuas de potestate judicaria præmittere & quasi fundamenti loco ponere.

Th. XXXVI. Cum tamen nulla sit gens, quæ in omnibus conveniat cum aliis gentibus, ac non in quibusdam etiam communibus prudentiæ civilis præceptis & Juri Gentium aliquid addat vel detrahatur, inde *quarto* necesse erit, ex ipsis moribus Germanorum positiones primarias de præsenti materia eruere, atque præter Tacitum & Capitularia Regum Francorum specula illa duo Saxonum & Suevicum, cum pace JCtorum plerorumque, e tenebris in lucem protrahere atque tentare, annon ex illis lux etiam accendi possit tenebris, quæ plerumque doctrinam Jurisdictionis ac Judiciorum Germanicorum obscurarunt. Scio quidem, quod & collectores horum speculorum habeant suos naves, sed tamen jam eorum causam egerunt GOLDASTUS Tomo I. der Reichs-Satzungen/ fol. 308. AUTOR der Lindauischen Acten fol. 856. seq. GRYPHIANDER de Weichbildis Saxonici.

**CONRING.** de orig. Jur. German. Alia est ratio Glossatorum ad Speculum Saxonum, qui ubique Jus Romanum obtor-  
to collo admiscent.

Th. XXXVII. *Quinto* etiam non negligenda sunt Chro-  
nica & alia scripta historiam Germaniarum & mores exponentia, ut & scripta Autorum, qui in his materiis ex antiquitatibus Germaniarum jam multas difficultates removerunt, exhibita tamen quoad Chronica cautela, quam modo circa scripta Heideriana dedimus. Ergo prater Lehmannum & Heiderum, item Chronica Münsteri, Stumpfi, Spangenbergii & alia similia sape recurrentem erit ad scripta Conringii, Monzambani & trigae virorum hodie adhuc florentium & de Jure Germanico plurimum meritorum, ac scriptis vario eruditionis genere illustrium, Cocceji, Hertii, Schilteri.

Th. XXXVIII. Etsi vero materia vastitas non permit-  
tat, ut totam doctrinam de judiciis Germanorum in thesibus his inauguralibus secundum tradita exponamus; dabimus tamen in proponendis quibusdam observationibus generalibus hoc pertinentibus methodi jam commendata specimen aliquod, sed paucis. Quod itaque fundamenta civilis prudenter concernit, constat ex structura civitatis, quod, quemadmodum civitas non potest consistere sine summa potestate; ita ad partes imperii essentiales, sine quibus non potest concipi, pertineat potestas legislatoria, quæ normam praescribit actionibus subditorum; potestas puniendi, quæ leges tuetur; potestas judiciaria, quæ leges & poenas applicat; potestas belli & pacis, quæ cives adversus vim externam tuetur; potestas magistratum constituendo-  
rum, qui potestates haec tenus recensitas ut instrumenta exercent & exequuntur; jus tributa indicendi, quia sine nervo rerum gerendarum torpent potestates haec tenus memoratae; ac denique examen doctrinarum, ne per eas turbetur pax communis aut violetur autoritas majestatis. DN. PUFEND.  
*de Jur. Nat. & Gent. L. VII. c. 4.* Secundum Aristotelem Re-  
rum publicarum tres sunt partes *IV. Pol. 14. consultationes,*  
*legis.*

legislaciones & judicia. Nempe omnis societas civilis utilis ac justi communione conciliatur. Utilitatem autem consilia perscrutantur, justum prescrimbunt imperia, judicia id factis attemperant. DN. HERT. *Elem. prudent. civil.* P. 1. *Sect. 7.* n. 1. Alii dum regalia omnium præcipua, quibus carere nequeat Respublica perfecta, recensere volunt, sic procedunt: Occupatur summum Imperium in duobus, tum ut regat & gubernet Rempublicam, tum ut tueatur eandem. Ad hæc duo revocari potest, quicquid circa Reipublicæ summam in disquisitionem venire solet. Jam vero ad regendam Rempublicam quam maxime facit potestas ferendarum legum & magistratus constituendi, ad tuendam autem eandem jus armorum præcipue. Tria ergo erunt summae potestatis quasi gnorismata: Leges condere, Magistratus constituer, Bellum indicere. CASP. ZIEGL. *de Jur. Majest. L. 1. c. 3. §. 25.*

Th. XXXIX. Iotas varias particularum majestatis divisiones attulimus eum in finem, non ut subtiliter disputemus, quænam sit melior & accurrior, sed ut appareat, quamcumque etiam distributionem aut comparationem variarum emanationum summae potestatis Doctores fecerint, potestatem tamen judicariam ita esse & præcipuis, ut nemo eam omiserit: Ostendit enim contextus, quod Zieglerus per magistratus intelligat primario magistratus ad administrandam justitiam, uti & regale magistratum ipse Imperator Fridericus in cap. un. quæ sint regalia, ita explicat. Et hoc etiam a Doctoribus, qui distinctione inter regalia majora & minora utuntur, unanimiter inter regalia majora respertur, SIXTIN. *de Regal. L. 1. c. 2. n. 34. & L. 2. c. 15. n. 10.* & quos ibi citat, et si non in omnibus regalibus unanimis & constantes soleant esse Doctores, sed unum regale modo ad majora modo ad minoria subinde referant. ZIEGL. *d. L. 1. c. 3. circa finem.*

Th. XL. Scilicet et si magistratus in genere sunt cives, quibus Respublica tanquam instrumentis opus habet ad exercenda quævis regalia; si tamen & magistratum varia genera in ordinem redigere velis, & classes eorum præcipuas

ac magis necessarias a secundariis & minus necessariis separare, commodissime sic procedi poterit, ut magistratus dividantur in sagatos & togatos. Illi belli, his pacis negotia expediuntur. Inter togatos eminent magistratus, qui iustitia exercenda seu potestatis judicariae gratia constituti sunt, uti inter Sagatos Imperatores seu Duces bellici. Eodem ergo res redit, si dicas magistratus praecipuos esse vel Duces vel Judices.

Th. XLI. Id etiam ex dictis constat, quod et si potestas judicaria non complestatur omnia regalia, adeoque Princeps, qui sola hac potestate gaudet, non posuit pretendere summam potestatem in eos, in quos potestatem judicariam exercet; cum tamen hæc potestas sit ex paucis iisque potissimum summa potestatis particulis, & in genere regalia potiora ita sint inter se connexa, ut unum sine altero vix commode expediti possit; vid. PUFEND. de J. N. & G. L. VII. c. 4. n. ii. etiam illud in confessio esse debet, quod populus vel civitas, quæ destituta est potestate judicaria, non posuit gloriari, quod plena maiestate, quæ videlicet complexum omnium regalium includit, gaudeat. Huc pertinet, quod ARISTOTELES VII. Pol. 8. judicia omnium maxime necessarjam Reipublica partem dicat.

Th. XLII. Ipsa vero potestas judicaria uti rursus varias operationes ad sui perfectionem requirit, quæ pro diversa Status publici ratione in rebus publicis singulis variare solent; ita tamen, si potestas hæc judicaria de eo, qui simul magistratus est, prædicetur, quædam operationes sunt, quæ salva potestate judicaria vel plane non, vel certe non commode ab ea separari possunt, ac etiam eam ob causam moribus regularumque gentium regulariter eidem conjunctæ sunt, quæ qualia sint, jam paucis videamus.

Th. XLIII. Tribus autem praincipue capitibus plenitudo potestatis judicariae absolvitur: causæ videlicet cognitione, sententia dictione & potestate exequendi. Primum caput ita necessarium est, ut sine eo non posuit iustitia administrari

*DIFFERENTIA SECUNDUM MÖRES GERMANORUM.*

nistrari, nec ad reliqua duo progressus fieri, cum primaria regula iustitiae sit, non condemnare inauditum, & exinde proverbum natum sit: Audiatur & altera pars. Secundum ideo necessarium est, quia potestas judicaria in omnibus Rebuspublicis adhibetur, ut lites finiantur in Republica. Sive enim quis de crimine accusetur, sive controversia sit inter cives de meo & tuo, supponitur esse utrobique contradictiones. At contradictiones in negotiis forensibus discordiam pariunt. Discordia pacem externam turbat, & causam bellis internis præberet, nisi iudex item sententia sua dirimeret. Tertium caput necessarium est, quia frustra esset sententia, nisi executioni mandaretur. Ergo execu<sup>tio</sup> ultimum in jurisdictione, ut leges Romanæ loquuntur, hoc est iustitiae administrandæ complementum. Frustra enim exercentur iudicia, nisi ad finem perducantur. Quare si communias confare nequit, nisi iudicia fiant, ne constabit quidem, si nemo, quod judicatum sit, exequitur, ARISTOTELES VI, Pol. 8. Adde DN. HERT. d. l. P. 2. Sect. 1. §. 16.

Th. XLIV. Porro uti hæc tria requiruntur ad judicariam potestatem, ita etiam in magistratu judicis partes sustinente conjunctæ esse debent. Fac cognitionem causæ aptid quem esse sine reliquis duobus, erit iudex pedaneus, non magistratus. Fac sententia pronunciationem alicui esse concessam sine reliquis duobus, nec hic magistratus nomine dignus erit, ut apud nos collegia Juridica potestate magistratus destituuntur. Fac denique absque causæ cognitione & sententia dictione alicui potestatem exequendi incumbere, v.g. carnifici, nec hic nisi maxime absurdè magistratus nomine insigniretur.

Th. XLV. Non tamen necessum est, ut hæc tria expediatur immediate ab ipso magistratu. Nihil enim prohibet, quo minus singula demandentur aliis, vel tanquam ministris, vel tanquam consulentibus, vel tanquam instrumentis. Ita iudex pedaneus apud Romanos ministerium præbeat majestati Prætoris: Ita collegia Juridica consiliis suis adju-

32 THESES INAUGUR. DE JURISDICT. ET MAGISTR.

adjuvant magistratus; Ita carnifex instrumentum magistratus est: Ita judex inferior, cui incumbit sententiam superioris nude exequi, intuitu superioris minister est.

Th. XLVI. Sed sunt & alia partes potestatis judicaria, quæ tamen moribus gentium separari solent, & secundum quas adeo potestas judicaria divisionem admittit. Omnia enim judicia, ut ait CICERO, pro Cecina, aut distractiarum controversialium aut puniendorum maleficorum causa reperita sunt. Ibi judex civium controversias de meo & tuo dirimit; Hic interesse Reipublicæ & videlicet innocentium assuratio, delinquentium emendatio quaeritur. Inde PLATO XI. de Legibus, judicia dividit in publica & privata. Inde secundum terminos alios communiter dividuntur in civilia & criminalia. DN. HERTIUS d. l. P. 1. Sct. 7. §. 17. Hinc quamvis unus magistratus posset præesse & civilibus & criminalibus judiciis, possunt tamen etiam & solent moribus gentium hæc duæ potestates diversis magistratibus assignari ob diversos fines. Quamvis haud dubie melius sit, si unus magistratus utramque potestatem exerceat, quia in multis negotiis causa privatorum & id quod Reipublicæ interest, concurrere possunt, adeoque occasio datur collidendorum magistratum, nisi legibus civilibus singulis accurati fines & termini ponantur.

Th. XLVII. Denique & id sua sponte sequitur ex dictis haec tenus, quod quemadmodum magistratus sagati cives defendunt contra vim externam; Ita magistratus togati, quibus potestas judicaria creditur, protegant cives contra vim & injuriam concivium intra Rempublicam. Et quia illa defensio maxime se exerit in potestate exequendi, potestas autem exequendi effectu caret, præprimis si, quod facile contingere potest, plures sunt, qui concives injuria afficiunt & pacem Reipublicæ turbant, si manu militari destituatur & armis; iterum necessario sequitur, quod regulariter potestas judicaria & vel maxime criminalis simul esse debeat armata, aut sane ab alio magistratu, cui militia a sum-

ma

ma potestate etiam pacis tempore concredita est, promte debeat adjuvari; tantum abest, ut respublica quacunque stare poscit, si subditis licet protectione armata uti adversus magistratum potestate judicaria instructum, unde illustrationem accipiunt ea, quæ supra diximus §. 26. in fine.

Th. XLVIII. Jam ad mores Germaniæ. Quænam circa potestatem judicariam apud Germanos antiquissimis Taciti temporibus, ut & sub primis Francorum Regibus in usu fuerint, latius exposuit CONRINGIUS in eruditissima dissertatione de *Judicis Republicæ Germanicae*, ut adeo non opus sit, omnia quæ ille adduxit, hic repetere, nisi ubi ad illustrationem dicendorum quadam videbuntur maxime necessaria. Nos illa potissimum considerabimus, quæ Conringius parum vel superficiarie saltem terigit, ob neglectos videlicet aut non satis diligenter consultos fontes Speculi Saxonici & Suevici. Ita enim laudatus Autor d. differt. §. 61. Quemadmodum post tempora Francorum aliquot proximis seculis habuerint sese Germaniæ judicia, difficulter explicatu est, eo quod nulla extant vel certe paucissima leges temporibus illis in Republica late, quæ id ipsum significant; historici quoque illius aëri Republicæ omnis imperiti & negligentes paucissima memoraverint, que hoc faciant. De historicis concedimus. At quod leges attinet, dicenda ostendent, in multis non fuisse hæsitaturum Conringium, si duo illa specula majori cura tractasset.

Th. XLIX. Potestas judicaria vel facultatem denotat & jus, vel juris exercitium. Jus dicimus hodie jurisdictionem, Germanice olim Vogtien/ hodie die Gerichte: Exercitium juris nominamus Judicium das Gericht olim VogtDing/ Landrä- ding. Ita reperitur in Sächsisch Land-Recht art. 35. l. 1. Silber mag kein Mann brechen auf eines andern Mannes Gut/ ohne des willen/ des die Stadt ist. Gibt er ihm aber Urlaub darzu/ die Vogtrey bleibt doch sein drüber. Ubi bene glossa Germanica: Bernimm/ ob die Herrschaft des Orts ganz sein wäre. Schwäbisch Land-Recht cap. 1. §. 2. Ein jeglich Christen Mensch soll das Vogtding suchen in dem

Bistum / da er in gesessen ist / oder im Gericht / da er Gut in hat. Quod hic Vogt ding appellatur, in eodem Speculo Suevico c. 11, 13, 35. des Land Rechts dicitur Landtäding. AUTOR der Lindauischen Acten fol. 274. Mit dem Teutschischen Wort Gericht hat es nicht die Meynung wie Webner in observat. pract. verb. Gericht / inadvertenter presupponiret; Sondern das Wort Gericht in singulari numero heisst eigentlich und beständig ein Ding / (GRYPHIAND. de Weichbildis c. 59, n. 9. § 10.) ein Schöpfenstuhl / ein gehägt / verbannt und ordentlicher confess oder convert eines Aumanns / Stadthalters oder Richters / samt dessen zugehörigen Assessoren / Beysizern / Schöpfen oder Gerichtsgeschworenen / wie der t'gliche Gebräuch dieses Worts / item die composita desselben (als Cammer- Land-Hoff-Stadt-Marck-Horst-Dorf-Gent-Straff-The-Gast-Schaden-Mann-Vogt-Meier-Gericht) mit sich bringen. In plurali numero aber und wenn man sagt die Gerichte / oder mit den Gerichten / hohe und niedere Gerichte &c. bedeutet solche Rede allererst die Jurisdiction und Gerichtbarkeit. Et Ding olim etiam simpliciter positum judicium denotat, inde Dingen judicare, Dingstatt locus judicii publici, dingliche Rechte jura in judicio impetrata, Dingestag dies juridicus, vrd. Sächsisch Land-Recht l. i. art. 2. THULEMAR. de Octovir. c. 17. §. 8. lit. d. & quos ibi citat.

Th. L. Utriusque horum primaria divisio est, quod jurisdictione aut judicium sit vel spirituale vel seculare, Geistlich oder Weltlich. Illius fons Papa dicitur, hujus Rex vel Imperator. Ut erque alterum adjuvare debet. Ille banno spirituale imponit delinquentibus, hic banno seculari eos notare debet. Sächsisch Land-Recht l. i. art. 1. Zwei Schwert ließ Gott auf Erden zu beschirmen die Christenheit / dem Pabst das Geistlich / dem Kaiser das Weltlich. Dem Pabst ist auch gesetzt zu reiten zu beschiedener Zeit / auf einen weissen Pferd. Und der Kayser soll ihm den Stegreif halten / auf daß sich der Sattel nicht wende. Dis ist die Bezeugung / was dem Babst widerstehtet / das er mit geistlichen

lichen Recht nicht gezwingen mag / daß es der Kayser mit dem weltlichen Rechten zwinge/ dem Babst gehorsam zu seyn. Also soll auch die geistliche Gewalt helfen dem weltlichen Gericht / ob man sein dazu bedarff. Weichbild art. 8. Nun höret und vernehmet um die Fürsten und Freye Herren und andere die von Ritters Art waren / wie sie mit den Römern wurden zu Rath / und wissen wolten / an welchen Rechten das Reich bestehen solt. Und segten dem König dieses Recht mit der Römer Rath / daß er dem Stuhl zu Rom fürsiehen solt von S. Peters wegen / mit dem Weltlichen Schwert / da er denn noch Römischer Vogt von heist ic. Zu derselben Weise als die Richter das weltliche Schwert haben von dem König / also haben die Priester das geistliche Schwert von Babst nach Bannes Recht. Schwäbisch Land-Recht in der Vorrede. §. 10. Das weltliche Schwert des Gerichts das leyhet der Babst dem Kayser. Das geistliche ist dem Pabst gesetzt / daß er damit richte zu bescheidlicher Zeit / uff einen blancken Pferd / und der Pabst soll druff sitzen ic. (ut modo ex Sachsisch Land-Recht l. i. art. 1. nisi quod in fine sic dicatur) das soll der Kayser und andere weltliche Richter bezwingen mit der Acht. Porro ibidem c. 1. Als ein Mann ist in Bann 6. Wochen und einen Tag / so soll ihn der Kayser weltlich Richter zu Acht thun / und wer auch in Acht ist 6. Wochen und 1. Tag / den sol man zu Bann thun. Das Recht segt S. Sylvester der Babst und der König Constantinus &c. Pergit c. 2. §. 2. quod desumtum ex Saxonico jure provinciali art. 63. lib. 3. Der Bann schadet der Seele und nimt aber den Leib nicht / noch kräncket an Land-Recht &c. (addit jus Saxonicum d. l. noch an Lehn-Recht / da folge denn des Königs Acht nach) Confer. c. 3. ibid. & cap. 27. n. 4. ubi addit, den Kayser soll noch mag niemand bannen / wenn der Pabst allein / das soll er thun nicht wann um drey Sachen : ob er an Glauben zweifelt; ob er sein Eheweib fahren läßt; ob er Gottes Häuser zerstört. Quod desumtum est ex jure Saxonico l. 3. art. 57. Adde Weichbild. d. art. 8.

Th. LI. Ut vero cum CONRINGIO de judiciis Reipubl. Germ. §. 46. excusandi sunt Autores collectionum istarum, quod pro tenebris illorum temporum quādam immiscuerint de potestate Papæ in Imperatorem, quæ sane hodie quilibet ridet; ita tamen, quod rem ipsam attinet, distinctio judiciorum in spiritualia seu sacra & secularia non saltem praxi illorum temporum fuit conformis, sed & convenit temporibus Carolingis (*vid. CONRING. d. dissert. §. 30. seq.*) & apud Catholicos Principes adhuc hodie tantum non quoad omnes circumstantias in usu est. Imo & apud Protestantes fundatum præbuit Jurisdictioni Consistorium. Sed de judiciis sacris non erimus jam quidem prolixiores, si modo adhuc illud notaverimus, collectorem speculi Saxonici, et si Imperatori adhuc minus tribuerit, quam debuisset, tamen Papæ indignationem incurrisse, ideo quod saltem excommunicationem Imperatoris ad tres casus restrinxerit, & quod excommunicationi tribuerit effectum saltem spiritualem. *Vid. Gregorii Pape II. Bullam post Speculum Saxonum Zobellii.*

Th. LII. Id vero ex memorata divisione primaria notabimus, primarium scopum omnis jurisdictionis in Germania esse coercionem criminum, ut etiam moribus Gentium ea est potissima facultas potestatis judiciariz. Potestas judicandi de controversiis privatorum semper apud Germanos fere pro accessoria parte judiciorum fuit habita. Hinc in legibus antiquissimis Germanorum a Lindenbrogio publicatis & Capitularibus Regum Franciæ tantum non toti codices de poenis delinquentium aut officiis magistratum agunt. Tantum igitur abest, ut quoad mores Germanorum dubitandum sit, an detur jurisdictionis criminalis, ut potius pro irregulari semper sit habitum in Germania, si jurisdictionis civilis separata fuerit a criminali, ut latius docebunt sequentia.

Th. LIII. Secularem jurisdictionem quod porro concernit, videamus initio, quas vires radix ejus in Rege Germano-

manorum habuerit. Rex Germanorum judicare potuit in omnibus causis, sive civilibus sive feudalibus sive criminalibus, ubique fuerit, sed dedit tamen potestatem judicariam in feudum vel Ducibus cum feidis vexillaribus, vel in terris immediatis Comitibus. Super ipsos tamen Principes ipse solus judex fuit. Sächsisch Land-Recht lib. 3. art. 26. Der König ist ein gemeiner Richter überall. lib. 3. art. 33. Ein jeglich Mann hatt sein Recht vor den König ic. Der König soll auch richten / um eigen nach des Landes Recht ic. Eciterum art. 52. Dem König wehet man zum Richter über eigen/ und über Lehn/ und über eines jeglichen Mannes Leib. Der Kayser mag aber in allen Landen nicht gefein / noch auch alle ungericht richten zu aller Zeit. Darum so leihet er den Fürsten Fahllehen / und Graffschafften / und dem Graffen ihre Schulteifthum / daß Sie und die Schulteissen mögen fortrichten an seine Statt. (Concordat Schwäbisch Land-Recht c. 18. n. 1. 2.) Porro art. 60. In welche Stadt des Reichs der Kayser kommt binnen dem Reiche / da ist ihm ledig das Gericht / also daß er wohl selbst richten mag alle die Klagen / die vor ihn kommen / und ehe vor einen andern Gericht nicht begünst noch geendet sind. (conf. Schwäbisch Land-Recht c. 33. add. CONRING. de judiciis Reipubl. Germ. §. 95.) Unde dicitur, daß der Graffen Ding niedergelegt seyn / wo der König in eine Stadt kommt lib. 1. art. 58. Denique d. lib. 3. art. 55. Über der Fürsten Leib noch ihren Gesundt mag niemand Richter seyn noch richten / dann der König allein. (conf. Schwaben-Spiegel l. 1. c. 24. n. 1.) Über die Schöppenbar freyen Leute / wenn sie ihren Leib verwircken und vertheilt seyn / mag niemand richten / den der rechte Frohnbot / das ist der belehnte Vogt. Quod vero dicitur solum Regem posse judicare super Principibus, hoc intelligendum est, quod alii magistratus de Principibus judicare non possint. Non vero excluduntur conventus Comitiales, utpote in quibus per Regem de Principibus jam olim fuisse judicatum latius deduxit CONRINGUS a. diss. §. 48. seqq.

Th. LIV. Ex dictis vero apparet, quod quamvis jurisdictio omnis in Imperio a Rege fuerit concessa & in feudum data, aliter tamen ea fuerit exercita in territoriis Ducum & Principum, aliter in terris regni immediatis. In illis fuit considerata tanquam accesio feudorum vexillarium Principibus concessionum, adeoque postea Jurisdictio a judice, cui a Principibus in subfeudum data fuit, fuit exercita nomine Principum, certe non nomine Imperatoris. At in terris immediatis fuit principaliter a Rege in feudum data & a Judice superiore nomine Regis semper exercita. Res magis patet ex sequentibus. Unde posses priorem jurisdictionem appellare propriam, hanc alienam: Sed cavere debes, ne eam confundas cum distinctione jurisdictionis Romanae in propriam & mandatam, qua distinctio haec tenus infeliciter a plurimis ad jurisdictionem Germanicam fuit applicata.

Th. LV. Posses etiam priorem jurisdictionem appellare jurisdictionem Ducum, hanc Comitum. Esi enim hic non patiatur propositum, de origine, incrementis ac mutationibus, que intuitu potestatis & dignitatis Ducum & Comitum in regno Germaniae contigerunt, ex Conringii, Monzambani, Cocceji & Hertii Scriptis eruditissimis hic multa repetere, supponendum tamen hic est ex iis in antecessum, quod a primis temporibus duo fuerint principi magistratus in Germania, sagatus alter, Ducum videlicet der Herzoge / alter togatus judicum vel Comitum der Graffen. Duces jam Taciti temporibus erant populi Principes. Comites Principibus perpetuo fuerant contradistincti. Olim unum saltem genus Comitum erat. Postea sub & post Carolingos varia Comitum genera orta sunt, der Pfalzgrafen / Marggrafen / Landgrafen / Burggrafen &c. Inter quos aliqui sed varii, temporibus Principum classi accentui sunt. Nos uti jam saltem de potestate judiciaria solliciti sumus, ita ut eo melius de praefata differentia potestatis judiciarie Ducum & Comitum constet, de singulis Principum & Comitum classibus quædam seorsim dicenda erunt.

Th. LVI.

Th. LVI. De Principibus incipiendum. Omnes Duces Principes sunt, sed non omnes Principes Duces. Nam & sub Francorum Regibus & eminenter sub Ottonibus prater Duces etiam Episcopi ad Principum dignitatem & jura pedetentim pervenerunt, atque adeo distinctio inter Principes Ecclesiasticos & Seculares orta est. Quod Principes Seculares attinet, cum post exiectam familiam Carolingiam quinque Duces tanquam Principes eminerint, ex quibus fere semper per aliquot secula unus Rex electus est, reliquis quatuor archi. officia aulica ipsi exhibentibus : Successu temporum occasione infinitorum bellorum & turbarum in Germania numerus Ducum & Principum variis modis auctus est, ut solidissime ex historicorum documentis in juris publici prudencia deduxit ILLUSTRIS COCCEJUS. Et si vero hodie Principes Ecclesiastici pariter ac seculares intuitu potestatis judicariæ fere æquali potestate gaudeant ; ac pariter Seculares Principes, qui in dignitatem hanc sequentibus temporibus (etiam ex Comitum classe) evecti sunt, intuitu jurisdictionis eodem modo eandem ut propriam sibi exerceant hodie ; temporibus tamen collecti speculi Saxonici & Suevici inter Episcopos & Dukes intuitu jurisdictionis adhuc magna, inter Duces & reliquos Principes nulla vel certe exigua fuit differentia.

Th. LVII. Quod ergo Principes Ecclesiasticos attinet, de iis ita JUS PROVINCIALE SUEVICUM cap. 85. n. 2. 3. Hat ein Pfaffen Fürst Gericht von dem König / der mag niemand davon keinen Bann gelassen / daß es den Leuten an ihren Ley oder an ihr blutvergießen gang. Und empfischet er einen Richter also das Gericht / daß er über die Blutrünse richtet / er wird schuldig an allen denen / die ihr Blut vergießen. Und will er recht thun / so soll er den Richter zu den König senden / dem er sein Gericht sendet und leihet / und mag der dar nicht kommen / so soll der Pfaffen Fürst seinen Boten zu den König senden / daß er seinen Richter den Bann an einen Brief sende / und ist auch recht. Der Ding bedarf ein Ley nicht / der Ge-  
richt

richt empfahet von den König / der leibet seinen Bann wohl dem Richter / und der Richter mag ihn für daß nicht geleihen. Und hat der Leyhen-Fürst sonderlich Gericht / da man über Menschen Blut richten soll / den soll er ieglichen seinen Bann sunderlich leyhen. (Hec ultima verba intelligo de casu, si Dux vel Princeps ab Imperatore etiam investitus sit de potestate judicandi mit einer Land- oder Reichs-Bogtey extra suum territorium in terris immediatis.) Idem repetitur cap. 119. ubi ratio differentia hæc simul additur: Die Leyhen-Fürsten bezüglichen das nicht / daß ihr Richter den Bann empfahet von dem König. Das ist davon / daß der Ley selv urtheil gabi über den Todtschlag. Das thut der Pfaffen-Fürst nicht / wann damit verleutert er syn Amt / wann er des gewalts nicht hat. Das von mag er niemand leyhen das Gericht. In JURE FEUDALI SUEVICO eadem repetuntur cap. 43. Sed adduntur tam quædam notabilia hoc pertinencia. Alle Bischoff empfahent von dem König Münz und Zoll. Etliche empfahent Fahnen Lehen / und etliche Weltlich Gericht ic. Der über Menschen Blut richt (sc. sub Episcopo) und den Bann von Römischen König nicht empfangen hat / dem soll der Römische König die Zung heissen ußschnyden / aber er soll sie lösen nach des Königs Gnaden. Und verzicht der König den Bischoff den Bann / so er dar sendet / so richtet doch der Richter ein jar mit Recht on dem Bann / als ob der Bischoff syn Recht von dem König empfangen habe. Idem JUS FEUDALE SUEVICUM cap. 113. regulare generale ponit: Gericht zu lehen mag mit Recht weder Pfaffen noch Weib gehaben / wann die Pfaffen-Fürsten als dann Sie vor das Land recht buch uß nimpt. Ein Closter-Mann mag mit Recht nicht Richter geseyn ic.

Th. LVIII. Prater Conringium in saepius laudata dissertatione de judiciis, plenisime hoc thema tractavit AUTOR ACTORUM LINDAVIENSIMUM a folio 282, usque ad fol. 292. ex quo saltem notabiliora licebit excerpere. Docet vero, illam assertiōnēm, quod judicibus monasteriorum olim absque omni distinctione temporum competenter jurisdiccionem

tam

tam civilis quam criminalis, primum in theatrum produxisse Andream Knichen, hunc vero statim ac certatim instar ovium & avium secutos esse Paarmesterum, Wehnerum, Höppingen, Magerum & Autorem anonymum der *Salmanſweyleſischen Erinnerung*; in Legibus Francicis disponi, quod iudex secularis debeat maleficos ad monasteria & templa fugientes ab Episcopis repetere, & si traditio non sponte fiat, armata manu auferre; Eriam Jure Justinianeo Episcopum non habuisse potestatem infigendi pœnam corporalem sive sanguinis, Jure autem Canonico omnibus Clericis plane interdicendum esse, ne exerceant judicium criminale aut ei saltem adsint, vel testimonium præbeant, aut criminaliter aliquem accusent: Temporibus Caroli M. & diu post nullum Episcopum, excepto solo Herbipolensi, ense judicasse, idque exemplis multorum monasteriorum, qua adducit, doceri posse; Sub nomine igitur Vogteiarum Monasteriis indultrum regulariter intelligendam esse jurisdictionem non criminalem; Dubium adhuc esse, quod Magerus de *advocacia armata cap. 9. n. 975. & c. 6. n. 602.* & *pasim* intrepide præsupponat, quasi hodie omnes vel certe plerique Prælati Imperii cum universali & criminali jurisdictione pariter ut Laici Principes investiantur, cum Rutgerus Rulandus de *Commisſar. Part. 4. l. 2. c. 17. n. 72.* contrarium testetur; Temporibus Carolinis Episcoporum Advocatos habuisse tantum jurisdictionem civilem; Hotomanni effatum, quod Prælati pro Præsidibus provinciarum habeantur, item traditionem Bartoli, quod Advocatæ munus, si comparemus id officio Præfidis, importet merum imperium, fin vero æquiparemus potestati defensorum civitatis, non importet, in hac quæstione parum pertinenter afferri; Aliquot Prælatos jurisdictionem & bannum sanguinis ac digitatem Principalem demum sub Carolo IV. accepisse &c. Quæ omnia non solum dicta §. *præced.* sed & ea quæ supra de Knichenii & Mageri autoritate, item de impertinente mixtura juris civilis & Germanici annotavimus, illustrant ulterius.

F

Th. LIX.

Th. LIX. Porro quod Principum Laicorum potestatem judicariam attinet, uti de ea ex JURE SAXON. PROVINCIALI art. 52. lib. 3. jam supra §. 53. & ex JURE SVEVICO c. 85. &c. in §. 57. adduximus, quod illis data simul cum feudis vexillaribus in feudum sit a Rege potestas judicandi de criminibus, & quod hanc ipsam in feudum iterum aliis judicibus dederint; Ita ad hanc Principum potestatem ulterius pertinent sequentia: Der Kayser leiset allen Geistlichen Fürsten lehen mit dem Scepter / und allen Weltlichen Fürsten Fahnen Lehnen leiset er mit der Fahnen. Kein Fahnen Lehn muß er aber haben jahr und tag ledig. SPEC. JUR. SAXON. c. 3. c. 60. Conf. SPEC. JUR. SVEV. c. 20. n. 4. & c. 32. Porro: Des Reichs Fürsten sollen keinen Herrn haben / der ein Ley sey / von dem Sie Lehnen haben / wann den König allein / sonst müssen Sie nicht Fürsten seyn &c. So man spricht Princeps, das spricht nach Teutsch der fordert empfaher &c. IUS PROVINC. SVEC. c. 37. Die sämtlichen Leyen Fürsten haben das Recht / daß sie Hoff gebieten für sich selbst &c. Ist es ein Herzog oder ein Leyen Fürst / und sitzen Bischoff in seinem Fürsten amt / die sollen seyn Hoff suchen. Dasselbig Recht haben Sie auch umb Graffen / umb Freyen / und um Dienstmann &c. ibid. c. 41. In specie quod potestatis judicariae exercitium attinet, ita de eo differit collector JURIS FEUDALIS SVEVICI c. 136. Höret eine Graffschafft in ein Wahnen Lehen / wer das Wahnen Lehen hat / der soll die Graffschafft hirleihen innerhalb eines Jahrs / und gehöret ein Gericht (intelligo ein Schultheißthum) darinn / dem thu dasselb. Und thut er das nicht / so sollen die kommen an den König / der do die Graffschafft oder das Gericht haben sollt / der soll ihm das leihen mit Recht.

Th. LX Antequam ad potestatem Comitum accedamus, ex dicta differentia inter jurisdictonem propriam & alienam explicanda est sententia JURIS PROVINC. SAXON. lib. 3. art. 52. ubi Autor postquam dixisset, daß der Kaiser den Fürsten Fahnen Lehnen und Graffschafften / und den Graffen ihre Schultheißthum leise / de quo supr. §. 53. subjungit: Über die

Die vierde Hand im Heerschilt von dem König niederwärts soll kein Lehen kommen / da ein Gericht sey über Hals und Hand / ohne das Schuttheisithum allein in der Graffschafft / Durch das / daß ein Graffe mag ein recht Ding halten ohne seinen Schult-  
heissen : Dann klagt ein Mann über den Graffen / so soll er ant-  
worten für den Schultheissen. Dann der Schulteiss ist ein  
richter seiner Schulte. Also ist auch der Pfalz-Graffe über  
den Käyzer / und der Burg-Graffe über den Marg-Graffen.  
Conf. JUS FEUD. SAXON. c. 72. ubi tamen loco über die  
vierde Hand dicitur, an die vierde Hand. JUS PROVINC.  
SVEV. ita hanc sententiam effert c. 13. n. 3. An die vierde  
Hand mag kein Gericht mit Recht nimmer kommen / denn um  
Blutrümste oder um den Tobschlag richtet; oder um alle andere  
Greveln richtet in Deutschen Länden. Scilicet dubium hic ma-  
xime est, quomodo intelligi debeat, quod judicaria pote-  
stas possit pervenire ad quartam manum, cum potius alii  
textus aperte contrarium disponant & dicant, hanc potesta-  
tem saltem ad tertiam manum pervenire posse.

Th. LXI. Textus perspicuus est in eod. SPECULO  
SVEVICO c. 107. Von welcher höher Hand das Gericht ist /  
da mag man ein Urtheil wohl ziehen an. Die erste Hand des  
Gerichts / das ist der König: Die ander Hand des Gerichts ist/  
der der König leihet: Die dritte Hand ist / die es einen andern  
darleyhet. Die dritt Hand mag nicht mehr fürbaß Gericht ley-  
hen / daß es es den Leuten an ihr Lyb oder an Ihr Blutgiessen  
gang. Wer es darüber thut / der thut wider Gott / und wird  
an allen dem schuldig / über den da die vierte Hand richtet. Porro  
in JURE FEUD. SVEV. c. 134. in hoc momento ponitur dif-  
ferentia inter Feudum proprium & judiciale. Wer Gericht  
zu lehen hat / das Gericht leihet der König / das mag nimmer  
kommen an die vierte Hand. Recht Lehen künpt mit Recht in die  
siebend Hand / das ist davon / daß der Heerschilt sieben sein / die  
Lehnrecht hand.

Th. LXII. Sed facile potest dissidium hoc tolli, si di-  
stinguis inter judicia in terris immediatis & judicia que

F 2 exercen-

exercentur in terris mediatis. In illis & ubi judicia exercentur nomine Regis non deveniunt nisi in tertiam manum: (1) a Rege ad Comitem (2) ab hoc ad (3) ejus vicarium. At in terris mediatis pervenient ad quartam manum (1) a Rege ad Principem investitum simul cum Comitatu (2) a Principe ad Comitem, (3) a Comite ad (4) ejus vicarium. Quæ hic de Comite & ejus vicario dicuntur, fusius exponentur in sequentibus.

Th. LXIII. Nimirum quod ipsos Comites seu Judices Germanorum attinet, ante omnia notanda sunt eorum nomina varia, quæ dum non recte a plurimis vel fuere intellecta, vel non recte secreta, maximam confusionem pepererunt. Et quidem de latino Judicis vel Comitis nomine non ero sollicitus, sed de denominationibus Judicum Germanicis. Germanica vero nomina sunt vel generalia & plerumque communia & simplicia, vel specialia & distinctiva vel composita. Ad primam classem refero Graff/ Richter/ Vogt/ Amtmann/ Pfleger/ &c. Ad posteriorem Pfalz/ Grafe/ Landgraffe/ Burggraffe/ Centgraffe/ Kastenvogt/ Reichsvogt/ Schultheiss/ Fronbote &c. Uti vero saepius in aliis materiai accidit, ut vox generis pro specie & speciei pro genere, aut una species pro altera ponatur, aut ut unum nomen speciale & distinctivum in uno loco vel territorio de una specie, in alio de alia usurpetur: Ita maxime de his multis vocibus id olim in usu fuit. Cum autem non melius medium in ejusmodi casibus sit evadendi ex obscuritatibus, quam si ad prædicata subiectorum respiciatur, hoc medio neglecto plerique scriptores vel propter ignoriam vel propter interesse quod habebant, nodum in scirpo quaeri, perspicuas Juris Germanici assertiones dixerunt esse incertissimas & obscurissimas. Præstabilitaque observations quasdam singulares de ipsis vobis præmittere discursui sequenti.

Th. LXIV. Antequam vero id fiat, in genere observandum est, Judices five sub Principibus five in terris immediatis constitutos jam ab antiquis Carolingorum temporibus

funie

fuisse duplicitis generis, unum superiorem & ordinarium, alterum vicarium & inferiorem. Ultra ista duo genera regulariter tertia species judicum non erat, sed nomina illa judicum diversa ad illas duas judicum classes erunt applicanda, adeoque etiam secundum morem illorum temporum antiquorum explicandi sunt textus juris Svecici & Saxonici, nisi mutatio aliunde ostendi possit. Lubet eam in rem adducere loca quædam notabiliora a CONRINGIO d. *dissert. §. 25.*  
*27. & 37.* ex antiquioribus constitutionibus & diplomatibus excerpta. Primus locus est ex literis Caroli M. quibus Comitem Tremonie constituit: *Quapropter in illa parte Saxoniae Trutmannum ibidem Comitem ordinamus, ut resdeat in curte ad campos, in mallo publico ad universorum causas audiendas, vel recta judicia terminanda. Isque Advocatum omnium Presbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, superque Vicarios & Scabinos, quos sub se habet, diligenter inquirat, ac animadvertisat, ita ut officia sua sedulo peragant.* Secundus ex diplomate Ottonis: *Nullus Marchio, Comes aut Vice-Comes, Scultesius vel quilibet ex judicaria potestate.* Tertiarius ex Capitularibus Carolinis de missorum officio: *Primo ut conveniunt in locis duobus aut tribus congregent, ubi omnes ad eorum legationem pertinentes convenire possint, & omnibus generaliter notum faciant, qualis sit eorum legatio. Scilicet ad hoc esse se a nobis Missos constitutos, ut si quilibet Episcopus aut Comes ministerium suum propter quodlibet impedimentum implere non possit, ad eos recurrit, & cum eorum adjutorio ministerium suum adimpleat.* Et, si talis causa fuerit, que per eorum admonitionem emendari non possit, ea ad nostram notitiam deferatur. Et si forte Episcopus aut Comes aliquid negligens in suo ministerio egerit, per istorum admonitionem corrigitur &c. Loca hæc, uti suo tempore, cum de potestate judicium ageatur, suum usum etiam sunt præbitura; Ita ex iis apparet, quod in Latino etiam idiomate judex ordinarius modo Comes appelletur, modo missus Regius: judex vicarius modo Scultesius, modo Comes. Ergo non mirandum, si eadem

nominiū variatio etiam occurrat in collectione Germanica  
morū patriorum. Pluta eam in rem congesit magna dili-  
gentia AUTOR ACTORUM LINDAVIENSIMUM f. 569.  
*l. l. & f. 576. l. pp. i.* ubi videlicet disquirit de promi-  
scuo ulū vocum Judex, Advocatus, Minister, Ammann,  
**Schultheiß** &c. Nos maxime necessaria quādam sātem de his  
& reliquis vocibus generalibus *s. præced.* memoratis nota-  
bimus,

Th. LXV. Vox Richter uti absque dubio judicem de-  
notat, ita etiam extra dubitationem positum est, quod in  
toto speculo utroque hæc vox generaliter etiam de judge  
tam ordinario quam vicario, vel etiam extraordinario pre-  
dicetur. Etsi vero sapienter evidens sit, si unum textum cum  
alio conferas, quod vox Richter sumatur de judge ordinario  
tanquam de analogato nobilissimo, in quibusdam tamen lo-  
cis, ubi de juribus quibusdam secundariis & commodis judi-  
cum agitur, non ita facilis est dispeccatio, unde si forte con-  
troverbia, utrum aliquod privilegium ad judicem ordinarium  
vel vicarium pertinere debeat, inter hos oriatur, & ex mori-  
bus illis antiquis definiri, aliis adminiculis interpre-  
tationis opus erit ad verum sensum eruendum.

Th. LXVI. De voce Graffe Eruditii valde fuere solli-  
citi unde descendat, multis ad ineptias usque prolapſis,  
dum alii a Græco γράφειν, alii a voce Graben fossa, alii  
a Kraft/ alii ab Anglico Crith, quod pacem denotat, & La-  
tino *v. a* hanc vocem derivant, *vide* THULEMAR. Oſſovir c. 17.  
*n. 9.* Non tamen ita plane a vero abſimilis est ista derivatio,  
qua præter Reinuccium citatum Thulemarie *d. l.* utitur  
STUMPFIUS in Chronico Helvetie *l. 4. f. 290.* quod Graven di-  
cantur quasi die Grauen / quod antiquitus id munus judi-  
candi senioribus fuerit demandatum. Etsi enim Thulema-  
rius *d. l.* & eam derivationem rejicit sub prætextu, *quasi vero*  
*junioribus non item ob* *judicandi peritiam judicis officium deman-*  
*datum*

*datum fuerit*, puto tamen eum hic evidenter miscere mores corruptos seculorum noviorum cum moribus antiquis, ubi constans est, senioribus magistratum officia fuisse concedita. Sed id unum me movet, quod idiomate Saxonico veteri iudex Greffe dictus fuerit vel Greve. *vid. SPEC. SAXON. l. 1. art. 2.* que vox nullam convenientiam habet cum vocabulo Grau. Ergo potius cum Thulemario *d. l.* dicendum, vocem Graffe non esse derivatam, sed originariam. In eo vero omnes convenient & praxis hodierna ostendit adhuc, per vocem Graffe vel Grave judicem denotatum fuisse, adeoque Richter & Grave esse Synonyma. *vide quos citat THULEMARIUS d. l. §. 8.*

Th. LXVII. Ceterum uti sēpissime & fere regulariter per vocem Graffe fuit denotatus iudex ordinarius, ita tamen aliquando, sed rarius & fere non nisi in voce composita eo nomine denotatur iudex vicarius. Huc pertinet locus in *SPECULO SVEV.* cap. 390. n. 2. § 3. *So ist etwan sit/ daß man Burg-Graffen hat/ der soll richten über mesz und maß/ da man trinken mit gibt/ und über alles mesz und über alle unrechte Gewicht/ was man mit der Wag wiegt/ und was zu hue und haar gäbt/ und über allen unrechten Kauf das lyb nahrung heiiset und ist/ das soll alles ein Burg-Graff richten.* *So soll ein Vogt richten/ alle Tressel und Wunden/ und Schwoer zu geben/ und umb den Todschlag/ und umb heimsuchen/ und was Frevel und Unzucht ist und heiiset.* Hic enim per Burg Graff denotari non judicem ordinarium, sed vicarium, partim ex oppositione des Vogts, partim ex mox dicendis de potestate judicis ordinarii & vicarii clarum fiet.

Th. LXVIII. Germanicum Vogt haud dubie a Latino Advocatus dicitur, unde & Imperator, dum dicitur Oberster Vogt der Christenheit / Latine Advocatus Ecclesiae vocatur, & Vogtey Latine Advocatia appellatur. Unde natus Magistrani operis titulus de Advocacia armata, & das Vogtland dicitur

citur terra Advocatorum. Denotat vero vox *Vogt* in genere defensorem, procuratorem, & *Vogtey* defensionem, administrationem non propriæ, sed alienæ cause, rei a superiori vel mandatæ vel permisæ. *vid. AUTOREM ACTORUM LINDAVIENSIMUM f.330. seq.* In quo latiori significatu etiam prædicatur de tutoribus. Ita maritus dicitur *the Vogt* & maiorennis zu seinen vogtbahren Jahren kommen. Itaque vox *Vogt* non est quidem Synonymum vocum *Richter* & *Graffy* sed iis latius patet, nullum tamen est dubium, quin in antiquis speculis Juris Germanici sumatur plerumque pro judice, uti vel ex loco *s. præced.* descripto patet. Quod haud dubie ideo factum, quia judicis quam maxime est protegere & defendere cives ab aliorum injuriis, adeoque protectio a judice non potest separari per tradita *superius s. 24.* Ceterum et si vox *Vogt* in Legibus Germanicis denotet plerumque judices ordinarios, cum tamen ratio denominationis suo modo competat etiam inferioribus, nihil repugnat, quo minus etiam si regulæ bona interpretationis id suadeant, possit usurpari de judge vicario, quamvis rarius id olim factum fuerit.

Th. LXIX. Ergo cum vocis *Pfleger* eadem fere sit & derivatio & significatio, quæ vocis *Vogt*, eadem quoque de hoc vocabulo sunt observanda. Unde cum pfleger significet curam genere, solet etiam tutor dici ein *Pfleger*. Vox vero *Amtman* adhuc latior est origine sua haec tenus resensit vocibus omnibus, quodcumque videlicet munus & officium denotans. Nec memini in toto Speculo Saxonico & Suevico has voces fuisse in denotatione judicium usurpatas. Quin potius illis temporibus vox *Amt* / *Amtlehn* / vel *Ambacht* / *Ambachtlehn* / denotavit magis officia aulica. *vide JUS FEUDALE SAXON. c. 63.* aut curam rei familiaris seu feudum *Gastaldia*. *vide JUS FEUDALE SVEV. c. 112. ibique D. SCHILTERUM in Commentar. f.394. seq.* Interim tamen uti hodie vox *Amtmann* haud dubie officium denotat potestate judiciaria prædictum, & vox *Stadtpfleger* in multis urbi-

urbibus includit eandem; Ita non putandum est, eas harum vocum usurpationes esse plane novas, sed occurunt ex jam de Constitutione quadam Friderici III. Imperatoris de privilegiis urbium Imperialium, relata a GOLDASTO Tom. I. der Reichs-Satzungen f. 180. Want wat men zo yn haet zo sprechen / dat sullen Sy verantwerden mit eyne Amtmann / der een Pfleger over Sy is / van des Kaysers wegen und in der Stat / dae die inne sijnt gesessen. Per Amtmann & Pfleger hic evidenter intelligitur, qui nomine Imperatoris justiam administravit in urbibus Imperialibus, der Reichs-Vogt.

Th. LXX. De vocibus compostis & specialibus ac distinctivis *supra* §. 63. memoratis perspicue agere non poterimus, nisi prius de requisitis judicium Germania corumque potestate scitu necessaria tradiderimus. Requisita judicium quod attinet, debuerunt ii esse homines integræ famæ & Laici, secundum ea, quæ jam *supra* §. 27. in fine ex JURE FEUD. SUEV. c. 103. n. 1. & 3. adduximus; quod desumtum est ex Jure Feudali Saxon. art. 61. Præterea requiritur, ut sint nobilis dignitatis & conditionis, in JURE PROVINC. SAXON. lib. 3. art. 54. Gerichte mag niemand zu Lehen haben/ er sey dann Schöppenbarfrey und thue dem Könige Hulde nach freyer Manne Recht. Bey denselben Hulden soll er sich auch verpflichten / wenn man sich Gezeuges an ihn zeuhet. Loquitur vero hic Speculator de judice ordinario, nam vicarios (præprimis rurales) etiam ignobilitoris conditionis antiquioribus temporibus fusisse admissos observavit jam Glossator *ad d. art. 54.* Non tamen per illa verba excluduntur dignitates nobilitatis majoris ac principalis. Ostendunt enim historie & Principes & Comites & Equites & Ministeriales & Patricios adhibitos esse adjudicia provincialia, idque jam fusius declaravit AUTOR ACTORUM LINDAVIENSIMUM f. 47. 48.

Th. LXXI. Judex ordinarius judicavit in omnibus causis sive civilibus sive criminalibus, præprimis tamen majoribus,

sibus. Pro majoribus vero habita sunt in civilibus actiones reales, in criminalibus pena capitales & membrorum mutilationes. Allerley Klagen und Ungericht mag der Richter wohl richten binnen seinen Gericht/ wo er es ankömt. Ohne ob man auf ihm um eigen oder auf einen andern Schöppenbar freien Mann Ungericht klagezt/ das mag der Richter nicht richten/ dann allein zu rechter Dingstatt und unter Königs Bann. Bey Königs Bann mag kein Mann dingen/ er hab denn den Bann von dem König empfangen. JUS PROVINC. SAXON. l. i. art. 50. Conf. descripta ex l. j. art. 52. & 55. sive §. 53. Der König und ein jeglicher Richter/ der es von dem Könige hat/ mag wohl richten über Hals und über Hand/ über Gut und Erbe/ eines jeglichen siens Mannes (vasalli) und Freundes/ und thut daran wieder seine Treue nicht. Idem JUS PROVINC. SAXON. lib. 3. art. 78. Belagerung um eines Mannes Haß/ Notzögung und gewalig Heimsuchung richtet der Burggraf und nicht der Schultheiß. WEICHBILD. art. 88. Ist einer beflagt um den Todeschlag oder um Raub oder um Diebstahl oder um Wunden/ so soll der Richter (den Belagerten/ der nicht zugegen ist) achten (in die Acht thun) und sol dem Kläger richten auf sein Gut u. JUS PROVINC. SUEV. c. 13. n. 3.

Th. LXXXII. Judex ordinarius in singulis Comitatibus seu pagis seu provinciis (hęc tria enim esse synonyma magna diligentia ostendit SAGITTARIUS Antiquitat. Ducat. Thuringiae lib. 4. c. 2. & 3.) unus tantum fuit. Inwendig einer Vogtey oder Graffschafft mag kein Königs Bann mehr seyn/ Denn einer. Wer bey Königs Bann dinget/ der den Bann nicht empfangen hat/ der soll dem König wetten seine Zungen. JUS PROVINC. SAXON. d. l. i. art. 59. Conf. AUTOR. ACT. LINDAVIENS. f. 282. Nam jurisdictio judicis ordinarii fuit ex regalibus majoribus, atque adjuncta habit subinde exercitia aliorum regalium, monetae, teloniorum &c, de quibus tamen pluribus agere hujus loci non est.

Th. LXXXIII.

Th. LXXXIII. Judex ordinarius ter in anno judicia publica habere obstrictus fuit. Die Schöppenfreien sollen suchen des Burggrafen Geding über 18. Wochen / da man dinget unter Königs Bam. Heget man aber Geding aus um Ungericht nach dem rechten Gerichts Ding über 14. Nacht / das sollen suchen die Pfleghäfsten / dann über alle Ungericht recht werde gerichtet. JUS PROVINC. SAXON. l. i. art. 2. Unde constat de delictis viliorum hominum post judicia illa publica seorsim fuisse judicatum. Wir gebieten bey unsern Gewalt allen Herren / die Landtäding gebieten sollen auf den Landt daß sie es drey Stand haben in dem Jahr / und stand das Land also unsiedlichen und also übel / so mag man es gebieten über zween Monat allen denen / die in seynen Gericht sitzen. JUS PROVINC. SUEV. c. 13. n. 1. Conf. c. 35. n. 1.

Th. LXXIV. Sub jurisdictione judicis ordinarii fuere omnes homines illius provinciae, tam nobiles quam ignobiles, tam cives quam agricultor. Probatur hæc assertio per textus §. precedentis. Adde n. 2. ejusd. c. 13 in JURE PROV. SUEV. Als ein Herr seine erste Landtäding gebeut / so soll er seinen Boten vierzehen Tag in seine Märkt und in seine Dörffer und uf sein Burg senden/ und soll das heissen künden/ uff welchen Tag und an welcher Statt er sein Landtäding geboten hat / als er Ihn hieß / daß er bey seinem Eid sag / den er Ihn geschworen hat / daß er es berußt hab / als er hyß. Conf. JUS PROVINC. SAXON. l. i. art. 59. descriptum §. 71. & l. 3. art. 55. descriptum §. 53. Scio quidem, quod Generosissimus GEMMINGIUS apud BESOLDUM in thesauro pract. voce Reichs-Stand latius defendere conatus fuerit, Nobiles in terris immediatis non fuisse sub Comitibus. Sed totus ejus discursus ostendit, quod confuderit Judices ordinarios & vicarios, & vicariorum quoque varias classes, de quibus jam dicemus.

Th. LXXV. Judex vicarius non solum adstitit Judici ordinario in publico judicio, sed & judicavit in causis minoribus, tam civilibus quam criminalibus. Causæ minores cri-

minales fuere poenæ minores usque ad fustigationem, civiles actiones personales. Es mag kein Graff / der beym Königs Bann dinget / ein recht Ding halten ohne seinen Schulteissen / für dem er sich zu Recht bieten soll. Darum soll er den Schulteissen des ersten Urtheils fragen : Ob es Dinges Zeit sey? und darnach : Ob er gebieten möge Dinges Laub und verbieten Unlust? Wenn ihm das gefunden wird / so klag ein jeglich Mann / was ihm not ist und gebreche / mit Vorwüschern durch das / daß er sich nicht verseume oder behöre an seinen selbst Worten. JUS PROVINC. SAXON. l. i. art. 59. Conf. supra §. 53. descriptum locum ex Jure Saxon. provinc. l. 3. art. 52. & addit. WEICHB. art. 16. Wenn der Burggraff aufstehet von seinem Geding und ausgedinget hat / so soll er da zu Hand das Schulteissen Ding auslegen von dem nächsten Tag über 14. Nacht. WEICHBILD. c. 45. der Schulteiss hat den Bann von den Graffen. WEICHBILD. art. 11. Wer des Bannes nicht hat von dem König / der mag nicht gerichten / wenn zu Haut und zu Haar. JUS PROVINC. SUEV. c. 85. n. 1. Quod vero hic judex vicarius saltem judicet in civilibus de actionibus personalibus, probatur argumento JUR. PROVINC. SAX. l. i. art. 59. & l. 3. art. 78. supra §. 71. junctio. WEICHBILD. art. 46. Addit. AUTOREM ACTOR. LINDAV. f. 579. f. 828.

Th. LXXVI. Sed & hic vicarius Judex debuit esse persona libera, judicium suum certis annis temporibus habuit & ipse Judex ordinarius coram ipso in causis debitorum ciuilium conuentus fuit. Docent id præter jam adducta loca etiam sequentia. Es mag niemand Schulteiss gesein / er sey dann frey und von dem Lande gebohren / da das Schulteisthum oder Gericht innen liegt. JUS PROVINC. SAX. l. 3. art. 61. Die Pfleghafften sind auch pflichtig des Schulteissen Ding zu besuchen über 6. Wochen von ihrem eigen Gut. I. B. l. 1. art. 2. Die Schöppen sollen eilf seyn und der Schulteiss der zwölftste. Und der Schulteiss sol dem Burggraffen der dem belehnten Vogte das erste Urtheil finden an rechter Dingstatt / und der Burggraf

graf mag kein recht Ding halten ohne seinen Schulteissen / so mag der Schulteiss ohn die eitff Schöppen gleicher weis kein recht Ding halten zu rechter Dingstatt / an derselben Stadt / da der Burggraf dinget unter Königs Banne. WEICHBILD.  
 art. 10. Klägt ein Mann über den Graffen / so soll er antworten für den Schulteissen. Denn der Schulteiss ist ein Richter seines Schulde. Also ist auch der Pfalzgrafe über den Kayser / und der Burggraf über den Marggraffen. JUS PROVINC. SAX. l. 3. art. 52. Adde WEICHB. n. 9. & 18.

Th. LXXVII. An unus fuerit judex vicarius, an plures, disquirit & valde fluctuat SAGITTARIUS Antiquitat. Duc. Thuring. l. 4. c. 9. Mihi sic videtur. Cum judex ordinarius super totam provinciam positus & provinciae illae in districtus minores fuerint divisæ, ut latius probat ipse Sagittarius d. l. 4. regulariter videntur in singulis illis minoribus districtibus fuisse Vicarii judices seu Comites, inter quos haud dubie ille, qui in judicio publico judici ordinario fuit proximus, & in illo districtu, ubi judex ordinarius judicium publicum habuit, vicarius, fuit etiam inter reliquos quasi primarius, qui & in diurna absentia ipsius Comitis ordinarii omnes causas peregit, quæ ad ordinarium pertinebant etiam criminales & civiles maiores. Hinc est, quod in WEICHB. art. 47. omnia ea, quæ alias de Burggratio seu judice ordinario dicuntur in articulis præcedentibus, prædicentur de Sculteto.

Th. LXXVIII. Fuerunt tamen illi vicarii duplicitis generis, partim subinfeudati a judice ordinario, partim electi a singulorum vicorum habitatoribus vel villicis (quorum nomine non solum rustici, sed & oppidani & Castellani intelliguntur apud scriptores Germanicos, AUTOR ACT. LINDAV. f. 61. & 565.) ad cognoscendum de criminibus majoribus, cum quis in ipso crimen fuerit deprimens, in hand Hassier That / in Notthafft / da die That nicht übernächtig woren / qui dicebantur Go-Graffen item Bürgermeister & Bausmeister. De quibus vide pluribus JUS PROVINC. SAX.

34 THESES IN AUG. DE JURISDICT. ET MAGISTRAT.

I. 1. art. 2. 13. 55. 56. 57. 58. item 68. (Cubi confer textum Saxonum & Germanicum) I. 2. art. 13. l. 3. art. 64. WEICHB. art. 10. 38. 39. JUS PROVINC. SUEV. c. 13. 84. 85. & JUS FEUD. SUEV. c. 137. Cum tamen ex his textibus appareat, hos judices vicarios fere eandem potestatem habuisse, quæ tribuitur vicario infeudato, commodissime sic dicendum erit, Scultestium seu vicarium illius districtus in provincia, ubi iudex ordinarius judicium publicum habuit, esse judicem vicarium infeudatum & electum ab ipso ordinario; reliorum districtuum vicarios esse electos a villicis vel tantum ad tempus & momentum in casibus moram non ferentibus, vel etiam ad perpetuos usus. Priores subfeudatos non esse, sed tamen posterioris generis.

Th. LXXIX. Et ita habebis differentiam inter Schulteis/ GoGraffen/Burgermeister vel Bauermeister/ ut Schulteis sit vicarius primarius, GoGraffe electus a villicis ad momentum, Burgemeister vel Bauermeister illi, qui ad usus perpetuos in districtibus reliquis fuerunt electi & subfeudati. Confirmabitur hæc meditatio, si evolvas textus modo citatos eosque conferas, simul vero eadem explicabit & conciliabit illos textus, ne videantur sibi contradicere. Vicarii judices olim etiam dicti fuere Centenarii, unde Cent. Graffen/ quamvis communi errore hodie Cent. Graffen dicantur judices, qui criminali jurisdictione pollut. Vid. THULEM. Octov. c. 17. §. 8. lit. b. AUTOR. ACT. LINDAV. f. 550. 579. 580. SAGITTAR. antiquit. Duc. Thuring. l. 4. c. 5. & 6. Simile quid accidit voci Gografforum. Cum enim illo nomine vere sint saltim ii inferiores vicarii, qui ita dicti leguntur, quod ad casus moram non ferentes zu einer gehen that electi fuerint in JURE PROVINC. SAX. lib. 1. art. 56. temporibus tamen subsequentibus appellati sunt hoc nomine ipsi judices ordinarii & provinciales, alia derivationis ratione quæsita, quod Gow pagum vel provinciam denotet. THULEM. d. 1. lit. AUTOR. ACT. LINDAV. d. f. 550. SAGITT. d. 1. lib. 4. c. 2. §. 4. seqq.

Th. LXXX.

Th. LXXX. Competit vero judicibus tam ordinario quam vicariis in causis ad eos pertinenteribus cause cognitione, sententiae dictio & executio, ut sine quibus partibus singulis potestatem judicariam diximus esse mancam supra §. 43. 44. De cause cognitione præter alios infinitos textus est perspicuus in JURE PROVINC. SUEV. c. 13. n. 3. Wer vor dem Landstädting verklagt wird/ ist er da zu zugezen/ er soll antworten. De sententie dictione id notandum, quod quoniam judex tam ordinarius quam vicarius judicare debebat secundum consuetudines cuiusque loci, ex semper ad interrogationem judicis concepta fuerint a Seabinis seu Assessoribus judicatum (qui a judicibus ipsis eligebantur, non tamen cum dissensu populi). CONR!NG. de judic. German. §. 26. 82. 116. 127. & de Urbibus §. 74. SAGITT. d.l. 4. c. 10.) Cumque hac in re magna differentia sit inter Judices Romanos & Germanos, digna ex visa sunt Glossatori Juris Saxonici, quam distinctius experderet & ut questionem illam paulo solidius præter morem tractaret, an judicis nomen mereatur, qui ab aliis sententiā querat, quem vide omnino in *Glossa German. ad lib. i. Jur. prov. Sax. art. 62. f. 530.* & *ad lib. 3. art. 78. f. 1. 704. seq.* Ad executionem pertinet potestas mulctandi, quæ omnibus quoque judicibus competit. JUS SAX. PROV. lib. 1. art. 53. & lib. 3. art. 64. Hæc mulcta dicebatur Gewette de Jure Saxonico, & opponebatur der Busse seu mulcta, quam accipiebat actor. Jeglicher Richter hat Gewette in seinen Gerichte und keine Busse. Denn der Richter mag beyde Kläger und Richter nicht gesein. Mann giebt auch niemand Busse/ denn dem Kläger. JUS PROV. SAX. l. 3. art. 53. In Jure Suevico vero hæc differentia non attenditur, sed mulcta judicū modo dicitur Gewette/ modo Busse. Vide JUS PROVINC. SUEV. c. u. n. 2. o. 13. n. 3. c. 20. n. 1. 2. c. 36. 39. 80. n. 5.

Th. XXXI. Executio ipsa fiebat per ministrum publicum den Fronboten/ qui et si secundum modum loquendi hominum recte dicatur der Büttel/ Henker/ Scharfrichter/ & ita etiam a *Glossa* pasim vocetur, non tamen putandum est, quod

quod olim ille pro persona vilis conditionis & levis notæ macula notata habitus fit, ut hodie plerumque fieri solet, sed insignia ejus fuere jura, in tantum, ut & in eo distinetu, ubi judex ordinarius judicium publicum habuit, judicaverit super criminibus, ubi delinquentes in ipso facinore reprehendebantur & potestatem habuerit ex damnatis capitali sententia decimum aggratiandi. *Vide JUS PROV. SAX. l. 1. art. 2. 8, 68. lib. 3. art. 56. 61. WEICHB. art. 8. 27. 34.* Repertorium post Weichbild. voce *Gronbote*. JUS PROV. SUEV. c. 25. 26. 35. n. 3. c. 16. 390. n. 1. AUTOR ACTOR. LINDAV. f. 70. Unde nec mirandum, quod & ipse judex ordinarius in textu JUR. PROV. SAX. l. 3. c. 55. supra §. 53. descripto appelletur der rechte Gronbote / i. e. missus Regius vel sanctus: Nam vox *Grone* rem sanctam significavit. *Vide AUT. ACTOR. LINDAV. f. 735.*

Th. LXXXII. Sed quænam jurisdiction remansit magistratibus urbium, si judges & Comites Regii cum suis vicariis omnem jurisdictionem civilem & criminalem exercuerunt? Digna quæstio responstone, sed quæ jam perspicue est resoluta in WEICHB. art. 19. Nun vernehmet umb die Bürgemeister binnen Weichbild / die fieset man zu einem Jahr / und ein Bürgemeister hat die gewalt / daß er richten mag über allerhand falsche masch und unrechte Wage und unrecht Scheffel / und über allerhand Speise-Kauf / und über die Becker / die klein Brod verkauffen / oder die Fleischer / die ungebs Fleisch und über Warkäuffer oder Marchthöcken / daß sie rechten kauf geben; Und mißthet ihr einer wieder ihr gesetz Recht / der wettet drum haut und haar / oder eine Windische March / das sind 30. Schilling / solches damit zu lösen. Addie ibid. art. 42. 43. Eandem potestarem habuit der Bauermeister. *Vide JUS. PROV. SAX. l. 2. art. 13.* Exercuerunt vero hanc potestatem Magistri pagani & urbici non autoritate propria, sed de ea subfeudati fuerant a judice ordinario, quod probatur per textus allegatos supra §. 78. juncto §. 79. & potissimum per JUS PROV. SAXON. l. 1. art. 56. & 58. Limitanda etiam est assertio hæc, ut va-

ut valeat saltem in iis locis & urbibus, ubi judex ordinarius jam nondum habuit suum Vice-Comitem primarium, seinen Schultheiß. Ubi enim hic fuit constitutus, judicavit is de omnibus hisce causis, quod probatur per JUS PROV. SVEV. c. 115. n. 1. & 2. & c. 390. n. 2. & 3. Si modo id notaveris, Vice-Comitem ibi non appellari Schultheiß/ quæ vox in Jure Svevico non occurrit, sed Burg-Graff. Quod vero per Burg-Graff ibi intelligatur Vice-Comes, appareret ex d. c. 390. ubi Burg-Graff opponitur judici ordinario, *de quo agitur n. 3.* Limenta etiam, quod possint saltem vicarii judicis judicare de falsatione ponderum, nisi pena capitalis in falsationem sit statuta, quæ tum spectat ad judicem ordinarium *per dictum.*

JUS PROV. SVEV. c. 387.

Th. LXXXIII. Porro cum haec tenus ostensum fuerit, judicem ordinarium seu Comitem vicariis potestatem judiciam in feudum dedisse, adeoque eorum intuitu fuisse superiorem, sua sponte sequitur, quod etiam ab omnibus vicariis fuerit appellatum ad ordinarium, idque ulterius probatur per spiculam juris Germanici textibus. Schildt man ein urtheil/ das soll man ziehen an einen höhern Richter/ und zulezt vor den König. JUS PROV. SAX. lib. 2. art. 12. Ob der Schultheiß iemand irret an seiner Klag/ und ihn nicht rechtes hülfe/ wegert er das mit unrecht/ und wird darum verklagt vor den Vogt/ das ist vor den Burg-Grafen 2c. da soll er zu hand umb antworten. WEICHB. art. 17. In welcher Stadt Schöpfen sind/ die sollen urtheil geben 2c. Und ist es Sach/ daß man sie schuldiget/ sie haben unrecht urtheil geben/ das soll man sie beklagen vor dem höhern Richter/ das ist der/ der von vem Richter das Gericht hat. JUS PROV. SVEV. c. 79. n. 8 Ist/ daß man ein urtheil wieder wirft/ die soll man ziehen an den höhern Richter zulezt vor den König/ 2c. Von welcher höher Hand das Gericht ist/ da mag man wohl urtheil ziehen an. Die erst hand des Gerichts/ das ist der König. Die ander hand des Gerichts ist/ der der König leihet/ die dritte hand ist/ die es einem andern darleihet. Idem JUS PROV. SVEV. c. 107. n. 1. & 3. Add. CONRING. de judic. Germ. §. 85. in fin.

H

Th. LXXXIV.

Th. LXXXIV. Nunc tempus erit obseruationes supra coepitas supplere de variis judicum appellationibus. Et cum de variis appellationibus judicum vicariorum, Schultheiß / Centgraffen / Go Graffen / Bauermeister / Bürgermeister / Fronboten / jam dictum fit §. 79. & 81. restat, ut videamus de variis appellationibus judicis ordinarii. Vicarios varia nomina habuisse mirum non est, quia diximus §. 77. eos fuisse plures: at judicem ordinarium in provincia unum fuisse dictum est §. 71. Si ergo hic plura habuit nomina, non adeo mirandum est, quod scriptores antiquitatum Germanicarum parum gnari putaverint de diversis judicibus agi, quorum adeo aberratio a vero paucis adhuc erit monstranda. Monstrabimus vero unum eundemque judicem provincialem diversimode fuisse appellatum: modo Pfalzgrafium, modo Marggrafium, modo Landgrafium, modo Burggrafium, modo Advocatum urbicum Reichs Vogt / & hos omnes olim fuisse regulariter judices ordinarios ac provinciales, unde quæ in antiquis scriptoribus de unius potestate dicuntur, recte applicantur ad potestatem alterius, nisi conjectura evidentissima alio dicant.

Th. LXXXV. Dixi nōtanter, quoad ipsam potestatem judiciariam ab uno ad alterum quem argumentari posse, i. e. omnes fuere judices ordinarii, non vicarii. De prarogativis enim aliis & dignitatibus, que inter Pfalzgrafios, Margrafios, Landgrafios & Burggrafios &c. & intuitu Pfalzgrafiorum inter Comitem Palatinum Rheni & alios Pfalzgrafios sunt vel etiam olim fuerunt, hic non ago. Neque etiam inquiram prolixius in originem Comitum ita distinctorum. Notum est dogma LEHMANNI lib. 2. Chron. Spir. c. 17. in pr. Derer (Graffen) sind nur dreierlei unter der Carolinorum Regierung / Pfalz Graffen / Graffen und Cent Graffen / und weder Marg Graffen noch Land Graffen im Deutschen Reich zu befinden. Ubi de Marggrafis quidem id constat, utpote qui primitus ab Henrico Aucupe instituti sunt, THULEM. Octov. c. 17. n. 13. Sed de Landgrafis ex sequentibus sic tenendum:

eos

eos quidem quoad nomen tum fuisse incognitos, sed quoad rem ipsam Comitem Palatinum fuisse Comitem ipsius regni, Grafen judices provinciales ordinarios adeoque revera Land-Grafen/Cent Grafen vero judices vicarios. *Conf. supra §. 79.*

Th. LXXXVI. Comites Palatinos regnis bello victis a Regibus ad judiciariam potestatem exercendam esse præpositos communis fabula est. *vide Autores allegatos apud Thulem. d. l. c. 18. n. 8.* Quod si esset, appareret, Comites Palatinos nihil aliud fuisse, quam judices provinciales & ordinarios illorum regnum. Sed rejecit jam illam sententiam CONRINGIUS de judic. Germ. §. 81. AUTOR ACTOR. LIND. f. 46. citat Pomarium in Chronico Saxonie sub rubrica: *Von dem nahmen/ amt und unterscheid der Pfalz-Grafen f. 163.* Sed ille autor jam non est ad manus. Commodissime poteris dicere cum ILLUSTRI COCCEJO in *Juris publici prudencia c. 15. n. 17. seq. & c. 16. n. 2.* Comites Palatii fuisse vel judices Regios vel judices Ducum, & provinciam quamlibet intellige secundum divisionem antiquissimam Regni Germanici, de qua egit *integro cap. 3.*) uti Duce, ita Palatum & Palatinum Comitem seu judicem ordinarium habuisse. Regius igitur Palatinus fuit judex supremus in regno toto, qui sub se habuit plures judices ordinarios, secundum varios regni immedia- ti Provincias, hi plures vicarios secundum varios districtus provinciarum. Ducales Comites Palatii fuere judices supre- mi ordinarii in Ducatis, qui & ipsi sub se habuere judices inferiores tam ordinarios, quam vicarios. (Hos tamen Co- mites Palatinos valde differentes fuisse ab antiquo Regni Franci Comite Palatii docuit CONRING. de judic. th. 80.) Nam olim Ducatus illos eminentes in plures provincias, has in plures districtus fuisse divisas ostendunt ea, quæ de ampli- tudine illorum Ducatum docuit ILLUSTRIS COCCEJUS d. l. c. 12. Posset adeo judices ordinarios regni Germanici distingvere in supremum & inferiores. Supremi Regis vel Duce judicia sua habuerunt in palatio: Palatum idem est ac Saala, id est locus, ubi curia publica habentur. DN. COC-

CEJ. c. 3. n. 16. & 90. Duces enim illos eminentes etiam habuisse suas curias publicas constat ex textu JURIS PROV. SVEV. c. 41. supra § 57. adducto. Inferiores judicia sua habuerunt in loco publico provinciae fere sub dio. SAGITT. an-

tiquit. *Duc. Thuring. l. 4. c. 12. § 3.*

Th. LXXXVII. Pertinet huc textus JURIS PROV. SAX. l. 3. art. 53. Jegliche Deutsche Land hatten ihren eigenen Pfalz Grafen: Sachsen/ Bayern/ Franken und Schwaben waren alle Königreich. Hernach aber wandelt man ihn die Nahmen/ und hieß sie Herzogen/ da sie die Römer bezwungen/ doch bes hielten sie die Fürsten zu Mannen/ und die behielten fortan Fahnenlehen gegen ihren Mannen. Sieder haben Ihn die Kays er beyde Fürstenlehn und Fahnlehn abgebrochen. Idem repetit Speculator Svecicus c. 19. & quod prior de Romanis victoribus illorum quatuor regnum tradit, ulterius explicat: das geschach/ da Julius zu Rom König ward und Deutschland bezwang/ do wolt Julius nicht/ daß über all Deutsche Land und Römische Reich mehr König wären/ denn er allein. Etsi vero has ineptias & alias, quas de Pfalzgrafis variis adjecit Glos sator ad d. art. 53. refutaverit CONRING. de judic. Germ. §. 90. quod tamen ipsos quatuor Pfalzgrafios attinet a Speculatore Saxonico nominatos, ut & quæ de quatuor regnis tradit, eum defendit & explicavit DN. COCCEJ. d. c. 15. n. 17. sq. Adde AUTOREM des Discurses von Reichs-Vogtreyen p. 7. sgg.

Th. LXXXVIII. Magis ad nostram dissertationem pertinet quæstio, utrum Comites Palatini potestatem judicariam exercuerint jure proprio, an alieno? Nam hic dissonant duo Specula. SAXONICUM ita dicit l. 3. art. 64. Pfalz Grafen und Land Grafen dingen unter Königs Bann/ als der Grafe. Contra SVEVICUM c. 44. Ein jeglich Marg Grafe und Pfalz Grafe haben sie auch nit Fürsten amts/ (i. e. archiofficia regni, de quibus egerat c. 29. n. 1.) die fragen auch mit Recht die Leut bey Ihren hulden/ so sie an dem Gericht sitzend/ ic. Sed videtur hic dissensus conciliari posse, quod Palatinus regni judicium exercuerit nomine Regio, Palatini Ducum nomine Ducum.

Nam

Nam vox bey Ihren hulden dingen opponitur dingen unter Rö. nigs Bann / ut patebit ex sequentibus. *vid. §. 91.* Cogitandum tamen , annon distingendum si inter Palatinos majores & minores , de quibus agit CONRING. *de negot. convent. Imperii §. 20.* Dn. COCCEJ. c. 15. §. 23. quamvis ad eos vix respexisse videantur Speculatores. Sed & hæc distincte scire nostra non magnopere interest , cum Palatinatus Ducales plene sint hodie absorpti.

Th. LXXXIX. Id tamen non omittendum , quod Palz, Palenz, Pfalz/ Pfaleg etiam significaverit in genere curiam seu locum , ubi dicitur jus & justitia administratur. **Gegens Bericht von Churpfälzischen Vicariat** f. 16. Secundum qua Palatia etiam curia urbica , die Nathsheuser/Pfalenzen vel Pfalzen dictæ sunt WEHNER & BESOLD *voce Pfalenz.* Unde memoratur etiam des Stifts Pfalenz zu Lindau ; die Pfalenz zu Goslar / die Bischofs Pfalz zu Augspurg. *vide AUTOREM ACT. LINDAV. f. 45.* Quamvis vero hoc modo Palatiorum vox ad judicia judicium etiam inferiorum & vicariorum fuerit extensa , non tamen memini , judices ipsos inferiores aut vicarios Pfalzgrafios esse dictos.

Th. XC. Marchiones unde dicantur alii viderint. *vid. THULEM. Octov. c. 17. n. 3. seq.* DN. COCCEJ. c. 15. §. 24. Id certum est Marchionem fuisse magistratum limitaneum , & provincie , ad quam tuendam positus fuit , judicem ordinarium , Marck-Richter oder Grank-Fürsten / die über ein solch Land Richter sind / das an den Gränzen des Teutschchen Reichs lieget. *Autores citati a Thulem. d. l. n. 10.*

Th. XCI. Sed quid est , quod JUS PROV. SVEV. c. 44 dicat , daß der Marggrafe dinget bey seinen selbst Hulden ? *vid. L. 88.* Cum quo concordat JUS PROV. SAX. III. 65. der Marckgrafe dinget bey seinen selbst Hulden über 6. Wochen. Explicat id quidem glossa Germanica ad d. art. 65 post variorum sententias rejectas : Der Marggrafs / do verstehet er des Marckgrafen Richter. Diese dingen bey ihren selbst Hulden / das ist / ein jeder dieser Richter dinget bey seines Marckgrafen

grafen Hulden / als ob er sagen solt : Den König müssen in ge-  
mein alle Unterrichter schwören / daß sie recht wollen richten.  
Aber vor die Richter in der Mark schwereret der Marg. Graf / und  
von ihm nimt es der König für Sie alle an. Id est, Marchio  
exercet judicia nomine proprio, non alieno; Er dinget nicht  
unter Königs Bann.

Th. XCII. Manet tamen dubium, cur Marchio exerceat judicia nomine proprio, ut supra de Ducibus id asserui-  
mus §. 54. 55. cum tamen Landgraffii omnes judicia exerceant nomine Regis vid. §. 88. Responde: Per Marchionem hic intelligitur Marchio Brandenburgensis das ist der Markgrafe in der Mark. Autor Repertorii post Weichb. sub voce **Mark-**  
**Graff.** Facit JUS PROV. SVEV. c. 37. §. 2. Sieben Banle-  
hen sind in dem Land zu Sachsen; Das Herzogthum zu  
Sachsen/ die Pfalz/ die Mark zu Brandenburg/ die Land-  
Graffschafft zu Thüringen/ und die zu Meichsen/ die Mark  
zu Luze/ die Graffschafft zu Aschersleben. Scilicet Marchia Bran-  
denburgica non nuda Marchia, sed justus Ducatus est, & sta-  
tim fuit cum potestate propria DN. COCCEJ. Jurispubl. prud.  
c. 3. n. 71. & c. 15. n. 24. §. 39. Et quamvis sit in solo Vandalico,  
non pars Saxoniz, Idem c. 3. n. 69. circulo tamen Saxonico ad-  
scripta est. Idem c. 4. n. 3. Unde alibi dicitur, Graffschafft in ei-  
ne Mark gehörig muß man verleihen binnen 1. Jahr. JUS PROV.  
SAX. l. art. 72. quale quid & de judiciis ducum supra notavi-  
mus §. 59. in fine.

Th. XCIII. Sed novum dubium oritur. Si Marchio  
exercuit judicia nomine proprio, debuit etiam appellari ab  
ejus judicibus ad ipsum. Sed contrarium diserte asseritur in  
JURE PROV. SAX. l. 2. art. 12. Kein bescholzen Urtheil mag  
man ziehen aus einer Graffschafft in ein Mark / ob gleich der  
Graff die Graffschafft von einem Marg. Grafen hat. Das ist  
darum / daß in der Mark kein Königs Bann ist / und ihr Recht  
geweyet sich / darum soll man es für das Reich ziehen. Respon-  
det Glossator Germanicus: hiezu sage; Obwohl der Mark-  
Graff die Graffschafft leihet/ doch muß der Richter den Bann  
allein

allein von dem König empfahen. Sed hoc est contra verba expressa articuli, daß in der Mark kein Königs Bann sei. Alii ergo rationem hanc reddunt, daß der Marchgrafe keinen König's Bann habe per dicta verba, id est, quod plane destitutus sit jurisdictione criminali, idque illustrant ex JURE PROV. SAX. l. 3. art. 64. Dem Marchgrafen wettet man 30. Schilling / der da dinget bey seinen selbst Hulden / cum tamen ibidem dicatur, daß man 60. Schilling wette dem Grauen und Vogt / der unter Königs Bann dinget / ob er von dem König den Bann selber hat / ubi dicunt, ideo quod Marchio jurisdictione criminali destituatur, ejus mulctam minorem esse, quam eorum qui ea pollent. AUTOR ACT. LINDAV. f. 617. Sed hoc repugnaret assertioni, quod Marchio æque ac Duces jurisdictionem criminalem habuerit jure proprio.

Th. XCIV. Verum non opus est, ut hic anxii simus, et si enim cum textu Germanico *dicti art. 12.* consensiat textus Latinus, est tamen si adspicias textum Saxonum, apertum sphalma in Germanico: Ita enim Saxonius textus: Nynes beschulden Ordels en met men teyn ute der Graveschop in de Markte. Allein hebbe de Grave de Graveschop von den Marchgreven. i. e. nisi Comes Comitatum habeat a Marchione. Itaque sensus dicti articuli hic est: Kein beschuldigen Urtheil mag man ziehen aus einer Graffschafft (qua jurisdictionem suam a Rege accepit) in ein Mark / wenn nicht der Graff die Graffschafft von einem Marchgrafen hat. Das ist darum/ daß in der Mark kein Königs Bann ist (i. e. quod judices Marchionis judicia non exerceant nomine Regis sed nomine Marchionis) und ihr Recht zweyet sich / (i. e. in eo est differentia inter Judices die Dingen unter Königs Bann / und die Dingen bey des Marchgrafen Hulden) Confirmat expresse explicationem nostram JUS PROV. SVEV. c. 107. quod desumum est ex illo art. 12. Kein wiederworffen Urtheil / die vor ein Grafen wiederworffen wird / die mag man nicht geziehen an dem Marchgrafen / es hab denn der Graf die Graffschafft von den Marchgrafen.

Th. XCV,

Th. XCV. Interim mulēta Comitis, qui nomine Marchionis jurisdictionem criminalem exercet (hunc enim sub nomine Marchionis intelligi in Land-Recht III. 64. argumento sunt ea, que modo ex Glossatore excerptissimus §. 91.) ideo minor est mulēta judicum, die unter Königs Bann dingen/ non quod Marchio non habeat den Bann / sed quod judicia criminalia exercet nomine Marchionis, non Regis. Appellatur vero hic Judex der Burggraff/in Land-Recht III. 52. & WEICHB. art. 9. ubi dicitur, daß der Burggraf richte über den Markgrafen/ ut scilicet Palatinus super Regem & Scultesius super den Burg Grafen/ nempe in causis civilibus & debitis. conf. supra §. 75. Igitur non confundendus est hic Burggrafius cum Burggrafo Magdeburgensi, qui judicium exercet unter dem Königs Bann / de quo in sequentibus.

Th. XCVI. Landgrafi Landgrafen / Land-Richter / Land-Bögte/ vel ex natura nominis fuere judices provinciales, iisque ordinarii. Etsi enim AUTOR ACT. LINDAV. f. 578. in med. distinguit inter Land-Richter & Land-Bogt in Schwaben / & de illo saltim prædicet, quod administraverit jurisdictionem universa provinciæ (conf. Eund. in indice voce Land-Richter) de hoc vero neget, videtur tamen confundisse hac parte Judicem ordinarium cum vicario. Nam ut ipse ait f. 828. pr. so haben die Land-Richter oder Gow-Graffen (vid. supra §. 79.) zu Erhaltung ihres universal Gerichts Zwangs Ihre Statthalter gehalten (ut supra de omnibus judicibus ordinariis asseruimus §. 75. seqq.) & ideo in diplomate Wenceslai Imperatoris, quod ipse Autor adducit f. 492. mentio fit des Ober und Unter-Land-Bogts in Schwaben. Idem Autor alibi f. 825. in medio & in indice hac voce: Land-Gerichte sind antiquitus die vornehmsten Gerichte und mit einer universal jurisdiction in civilibus & criminalibus verlehen gewesen. ILLUSTRIS COCCEJ. Juris publ. prud. V. 42. & XXXII. 41. Landgravatus nomen judicii est Land-Gericht / ut reliqua in terris immediatis judicia regni provincialia, die Rayserliche

seitliche Land-Gerichte in Schwaben und Franken / que & ipsa Landgraviatus dicuntur. Etsi enim Landgraviatus in terris mediatis in veros Principatus jam olim ercoli sint, in immediatis tamen mansere vera judicia & jurisdictionis nomina. Inde etiam est, quod alibi notat IDEM c. 15. n. 26. quod Landgrafi quidem hodieque tantum Comitum loco sint, uti Landgrafi in der Bahr zu Stüdingen und in Kleggau.

Th. XCVII. In Jure Saxonico saltem semel mentio fit der Landgraffen in loco videlicet lib. 3. art. 64. supra §. 88. de scriptio, forte ideo, quia judex ordinarius in illo speculo dicitur der Grave / Burggraffe / belehnte Vogt ic. In Speculo vero Suevico etsi non occurrat vox des Landgraffens / sapius tamen fit mentio des Landgerichts oder Landtädinges / nimirum c. n. 13. 35. vel etiam des Vogt Gedinges c. 390. Unde & ibi Landgravius Vogt vocatur d. c. 390. n. 3. ex quibus locis ple raque supra in variis §§. excerptissimus.

Th. XC VIII. Venio ad Burggrafios, quorum officium in quo confiterit, distincte nosci non potest, nisi intelligamus, quid ipsum Burgum denotet. Ubi quidem non est diffitendum, quod Romani teste Vegetio Burgum dixerint castellum i. e. castrum munitum seu arcem. ACT. LINDAV. f. 32. conf. f. 52. Quo intuitu DN. COCCEJ. Jur. publ. prud. XV. 25. docuit: *Burga, uti palatia, esse domus publicas, sed haec congregandi causa facta, illa defendendi.* Et ad hunc significatum etiam pertinere videntur, quæ in veteri jure Germanico feudali utroque subinde disponuntur von Burg oder Burg & hent / quæ vide in Repertorio post Speculum Saxon. & in Indice Schilteri ad jus feudale Alemannicum. Sed probavit tamen eruditus AUTOR. ACTOR. LINDAV. f. 60. per castrum non solum arcem munitam eine Burg / sed etiam oppidum eidem annexum intelligi: *Quin castra sepe a media atatis scriptoribus nominari distincte oppida, arcis autem castella: & quidem seculo Carolingorum castrum dictum fuisse tale oppidum, in quo Episcopus non fuit, contra vero oppidum, cuius erat Episcopus: Simili ratione vocem Burg non*

non solum arcem munitam, sed & oppidum muris cinctum portisque clausum designasse; Burggrafios quoque, qui in civitatibus jus dicebant, inde appellationem traxisse: quæ singula & autoribus & exemplis plurimis probat.

Th. XCIX. Fuerunt igitur Burggravii, qui apud scriptores rerum Germanicarum dicti sunt Comites seu judices civitatum, quorum plura exempla ex Gregorio Turonensi, Nithardo, Auctore vita Ludovici Pii & aliis adducit SAGITTAR. antiquit. *Duc. Thur. l. 4, c. 4. n. 1.* Inde in JURE PROV. SAX. *statim l. 1. art. 2.* qui in Saxonico vocatur Greve / in Germanico dicitur der Burggrafe / & in WEICHB. *art. 17.* Vogt / das ist der Burggrafe

Th. C Non tamen putandum, quod inter Burggrafen & Landgrafen, id est comites civitatum & comites pagorum vel provinciarum ratione judicariae potestatis fuerit differentia. Inde synonymice saepe usurpatum vox utraque: Oberster Land-Vogt oder Burg-Grafe. MAGER. de *advocat. arm. cap. 2. n. 82.* Et adeo eosdem fuisse cum Landgrafen hos Civitatum Comites jam subodoratus est SAGITT. *d. l. n. 2.* Doch ist hierbei zu erinnern, daß weil in einem pago öfters nur eine nahmhaftre Stadt gewesen, von derselben auch mehrmals der Pagus seinen Nahmen bekommen, wenn von einer solchen Stadt ein Grafe benannt wird, auch zugleich der Grafe des pagi könne verstanden werden, alldie weil er so wohl über die Stadt als den Pagum zu gebieten gehabt. Daher bischweilen unter den Comiten Pagi und civitatis kein Unterschied ist. Quod vero Sagittarius saltim, interdum & per modum quasi exceptionis, non regulariter, ut nos, id procedere arbitratus fuerit, in hunc errorem cum seduxit locus Regis Gundibaldi in præfatione ad Leges Burgundionum: *Sciunt itaque Optimates, Comites, Consiliarii, Domestici, & Majores Domus noſtrae, Cancellarii, & tam Burgundiones quam Romani, civitatum & pagorum Comites vel Juges deputati omnes.* Hunc enim locum ita interpretatus erat SAGITT. *præced. §. 1.* ac si in eo Comites pagorum & civita-

civitatum ut distincta officia proponantur, quod tamen ex illo loco non probatur, ut qui aequae commode explicari possint, si synonymice accipiantur Comites pagorum & civitatum, nisi & Comitum ac Judicium distinctam fuisse potestatem adstruere velis, qui ibidem simili particula disjunctiva connectuntur. Adde LEHMANNUM Chron. Spir. l. 2. cap. 18. ubi notat, daß die Deutschen Könige / Grafen oder Land-Richter in die Städte gesetzt. Adde & locum ex SPECULO SVEV. e. 13. n. 2. supra descriptum §. 74. verbis: soll seine Boten schicken in seine Markt und uff seine Dörffer und uff sein Burg.

Th. Cl. Uti igitur nullum est dubium, Burggrafiorum aequalē fuisse potestatem judiciariam cum Landgraviis, adeoque huc omnia loca esse repetenda, quæ supra §. 71. seq. ex utroque speculo de potestate judicis ordinarii adduximus, ita miror, quod in assertione causa Noribergensis contra Burggravios Noribergenses apud CELEBERR. WAGENSEIL, in Comment. de civitate Noribergensi f. 355. assertatur, quod judicium provinciale Noribergense, quod Burggrafis Noribergensibus ab Imperatoribus Romanis indultum fuit, saltem civilem jurisdictionem comprehendenterit, cum tamen diploma Rudolphi Imperatoris allatum *ibid. p. 293.* verbis: *Judicium provinciale in Nuremberg, cui etiam vice Imperatoris omne judicium iudicans presidebit; officialis ejusdem Burggravii una cum Scultero nostro in civitate Nuremberg judicio presidebit, & quicquid emolumenti de ipso judicio vel per homicidium vel quemcunque casum alium pervenerit, idem officialis duas partes ejusdem vietus per se tollet;* (vel uti hæc verba convenientius ex Limnao adducuntur in Disput. D. LINKII. de Judicis Reipublica Norimberg. cap. 4. §. 15. *Quicquid emolumenti in causa criminali & civili vel sanguinis aut alia quacunque obvenerit, duas partes ejusdem lucri idem officialis recipiat*) plane contrarium & quod Burggrafus habuerit jurisdictionem tam civilem quam criminalem, demonstrant. Magis vero miror in d. Disp. c. 4. eandem sententiam fuisse propugnatam, & tamen ad argumenta illorum verborum

rum perspicua frigide saltim responsum fuisse. Quid quod tota assertio causæ Noribergensis videtur facile impugnari posse, si modo divisio superius memorata inter judicem provincialem ordinarium & vicarios adhibeatur & ostendatur, autorem assertionis perpetuo vicarios opposuisse Burggravio tanquam judices diversos, cum fuerint saltim subordinati. Interim tamen ex supra dictis §. 82. & ex ibi adductis textibus speculi Svecici c. 115. n. 2. & c. 390. n. 2. repetendum est, Burggraviorum vocem aliquando usurpatam fuisse de judge vicario, uti & modo diximus, vocem Landvogt praedicari von Ober und Unter Land-Vogt. Et hoc refer, quod scribit DN. COCCEJ. XV. 26. Burggrafios hodieque plurimos esse nudos ac temporarios officiales. *Conf. supra §. 95. in fine.*

Th. CII. Porro cum supra dixerimus Richter / Gräfe & Vogt fere synonymice usurpari, & vero Landgravi & Burggravii (quos & ipsos unum eundemque magistratum esse hactenus ostendimus) suam potestatem judicariam in terris immediatis immediate ab Imperio acceperint; ad differentiā reliquorum judicum, qui a Ducibus & Principibus Laicis sua judicia acquisiverunt, Reichs-Vögte dicti sunt. Unde & sua sponte sequitur, quod die Reichs-Vögte / qui communiter Advocati urbici appellantur, iidem fuerint cum Landgraviis seu Land-Vögten & Burggraviis. Etsi enim AUTOR ACT. LINDAV. f. 269. circa finem asserat, quod Reichs-Vogt in Schwaben & Land-Vogt in Schwaben fuerint persona distincta & separata judicia administraverint, patet tamen cuilibet evolventi, adjuncta die Beylagen / ad quæ ibidem provocat, plane nihil probare. Quinimo idem Autor §. 572. in fine fatetur, daß man die Advocatos urbium Land- oder Reichs-Vögte genennt habe / und noch an vielen Orten also zu nennen pflege. Simili modo etsi idem Autor in den discurs von alten Reichs-Vogtreyen p. 28. seq. magno conatu id agat, ut ostendat, esse multas differentias inter Burggrafen & Reichs-Vögte; omnes tamen illa differentia vel iterum

rum petunt id, quod est in principio; vel saltem differentias ali-  
quas ostendunt ratione dignitatis & aliorum jurium rega-  
lium præter potestatem judicariam; vel denique distinc-  
tione inter receptionem Burggraffii pro judge ordinario & pro  
vicario facile tolli possunt.

Th. CIII. Nobis sufficit, quod ex eodem Autore claris  
verbis docere possimus, Advocatos urbicos exercuisse po-  
testatem judicariam maxime in criminalibus tanquam rega-  
le imperii. Ita f. 49. diserte dicit, daß der Reichs-Vogtey Amt  
administrationem justitie, bevorab den Blutbann / als notam  
& reservatum Casare superrioritatis in sich begriffen. Item f. 282.  
Es seyen bey den Reichs-Städten die Vogteyen fürnemlich  
von der Malefiz und Halsgericht wegen bestellt und unterhal-  
ten worden. Item f. 572. Der Städt oder Reichs-Vogteyen  
Amt hat fürnemlich auf Bestrafung der malefizischen Hän-  
del / und zum theil auch auf praesidirung oder assessor in Bür-  
gerlichen Gerichten bestanden. Wie denn Urstius Basil. Chron.  
l. 2. c. 11. f. 9. schreibt: Es haben die Deutsche Kayser allein zu  
Erhaltung der Kayserlichen Obrigkeit den Reichs-Städten  
Reichs-Vogte verordnet. Und Munster Cosmogr. l. 3. c. 63. in pr.  
meldet gleichfalls / daß ein Römischer König oder Kayser in  
den freyen und Reichs-Städten Richter und Vögt verordnet  
die in den Mahnen des Reichs den Stab führeten. Welche  
Stabhaltung er auch bald hernach auf die hohne Gericht re-  
stringiret und ziehet. Wie dann auch Rumpfius vieler Orten (als  
lib. 7. c. 2. f. vers. m. 466. & lib. 6. c. 14. f. vers. m. 428. & lib. 4.  
c. 32. f. m. 281. & d. l. 6. c. 29. f. vers. m. 455.) item Petrus Pitocens  
libro de civitatibus Champan. (ubi ex antiquis scriptoribus pro-  
mit, quod Advocatis civitatum inspectio justitie, cuius quasi ad-  
ministratores vel potius Praesules erant, incubuerit) Mager de Ad-  
voc. Arm. c. 2. n. 220. kläglich übereinstimmen. Und bezeuget son-  
derlich novissime Anonymus Autor der Salmannsteylerischen  
nothwendigen Erinnerung. qv. 3. p. 62. seq. ganz heiter / daß bey  
den freyen Reichs-Städten die Advocati den Blutbann fast einzig  
verwaltet. So er auch mit vielen Ausführung zu beleuch-  
ten in re apud literatos nimium quam clare, unnöthig achtet re.

Et denique f. 825. Das erste und oberste Gericht ist gewesen des Gow Grafens oder Land-Richters, welcher eine universal Jurisdiction in allen peinlichen und Bürgerlichen Sachen gehabt ic. und sonderlich auch mit dem Königs Bann hegen oder zu Halsz und hand (das ist in solchen Fällen, da man den Leib verliehren oder Blut vergießen muß) richten mögen. Verba enim zu Hals und Hand expresse denotant potestatem gladii in Sächsischen Land-Recht l. 3. art. 52. ibi, da ein Gericht sey über Hals und Hand. Unde registrum der alten Vocabulen (dem Sächsischen Lehn-Recht und Weichb. nach dem gemeinen Register beygesetzt) sub verbo Bann Col. 1. Regis bannum ita definit, daß es sey ein solcher Gewalt und Zwang, als der König selbst hat zu richten über Hals und Haupt ic.

Th. CIV. Porro de vicario judice des Land-Richters oder Reichs-Vogts idem Autor d. f. 825. seq. pergit: Dieweil aber der Land-Richter oder Graf in seinen ganzen Comitatu nicht aller Orten jederzeit seyn und allen Vorsallungen gnugsam vorstehen oder abwarten mögen, so sind die Graffschafften noch vor alters in gewisse Zehenden oder Zent abgertheilet, und einer jeden solchen terminey oder Marchung ein Vice-Comes, Vicarius oder Centenarius (sunt enim synonyma, Franc. LL lib. 5. t. 16. §. 13. Petr. Pithoeus ap. Freher, orig. Palat. in append. f. 2.) von den Go Grafen oder Land-Richter vorgesetzt (B. Rhenan. l. 2. rerum German. f. m 88. Lehmann. Chron. Spir. l. 2. &c.) Und hat solcher Cent-Graff in seinen Bezirk an des Land-Richters Statt über alle Streitigkeiten und Irrungen (außerhalb, wo es um Lebens-Straffe ic.) Item um die Freyheit des Menschen und Wieder-abtreitung vorgehaltenen Grund und Bodens / oder auch um herumlassung leibeignener Leut zu thun gewesen) erkennen mögen ic. Ab welchen ferner erfolglich / daß solche Cent Grafen zwar nicht zu hals und hand / jedoch aber zu haut und haar zu richten befugt gewesen ic. Darüber nun weiter zu wissen / daß zu haut und haar richten bey den alten Deutschen geheißen einen schlagen / und der schläg gemeinlich neun und dreyzig (Schwäbencsp. c. 115. §. 1.) oder aufs allermeist 40. streich geben (d. c. 15. §. 4.) welche streich nun mit Nutzen geschehen / wie das ob allegirte register berichtet das

daz viel angezogene Wort haut und haar seyen die Staup / und daz zu haut und haar richten sey / wenn man einen zur staupen schlag. Neben solchen schlägen hat man einen die haar auff dem Kopff mit einer hültern kluppen oder knebel aus dem Haupt (daz man solche glazige Buben kennen und sich vor ihnen hüten möge) gewunden ic. ja auch die haut damit abgestreift.

Th. CV. Cæterum cum una provincia seu Comitatus vel pagus & olim & sequioribus temporibus amplior fuerit, quam alia, adeoque non omnes in eosdem numero districtus seu Centena furerint divisiæ, & vero proximioribus potissimum temporibus sape uno districtu provincia urbica fuerit absolute, nullum est dubium, quin in hoc ultimo casu vicarius etiam unus Comitis vel Advocati urbici des Reichs Vogts fuerit, nimurum Scultetus, der Reichs Schultheiß (*vid. supra* §. 87.) Huic itaque eadem potestas judicaria competit, qua modo ab ipso Autore Actor. Lindav. Centenariis judicibus fuit adsignata. Quare etsi idem Autor d. l. f. 828. afferat, daz die Reichs Schultheiß nur in geringen und bürgerlichen sachen / für nemlich über Schuld und Pfandschafsten völligen Gewalt gehabt / und dem Graffen die peinlichen Fälle überlassen / quem errorem & LEHMANNUS in *Chron. Spir. & SAGITTARIUS* lib. 4. de antiquit. Duc. Thur. & alii communiter errarunt, illa tamen assertio omni destitutur fundamento. Quin potius doctrina nostra confirmatur per elegantem locum ipsius AUT. ACT. LINDAV. f. 529. In der that und wahrheit selbsten ist ein Reichs Schultheiß zur Zeit der Caroliner König nichts anders gewest als ein Richter / der über Schuld gesprochen / Pfand erlaubt / Gant erkent / und dem Gläubiger die Bezahlung verfügt (JOH. SIMLERUS de Republ. Helvet. lib. 2. rubr. de republica illarum urbium, que tribubus carent) und also in einer Stadt des GoGrafens Vicarius oder Vice Comes gewesen / welcher zwar die hohe und niedere Gericht zu verwalten / aber den Königs oder Blut Bann / das ist / die macht über halß und hand item über des Menschen Freyheit und umb Grund oder Boden (*ergo male* LEHMANNUS *Chron. Spir. l. 2. c. 22. docet prapostum de Erb und eigen judicasse*) zu richten nicht gehabt. Allermassen die Cent-

Cen Grafen auf dem Land eben dergleichen und mehrere Ge-  
walt nicht gebühret ic.

Th. CVI. Notabilia vero sunt maxime, quæ idem AUT.  
f. sq. §. 580. observavit: Quod quemadmodum successu tem-  
porum Centenarii ad se traxerint etiam jurisdictionem de cri-  
minibus majoribus den Blutbann; Ita in multis locis & civi-  
tibus Imperialibus officium der Reichs-Schultheißen etiam su-  
periorem istam criminalem jurisdictionem exercerint, quod  
exemplis plurium urbium Imperialium declarat ac simul no-  
tat, quod capropter etiam Scultetus præcedentiam habuerit  
præ Consulibus & Senatoribus civitatum, ac ita scribi faerit  
solutum ad ejusmodi civitates Imperiales: Schultheiß / Bür-  
gemeister und Rath. Quod haud dubie ideo factum fuit,  
quod Advocati Imperiales successu temporum Scultetum seu  
Vicarium suum moribus Germania non amplius repugnan-  
tibus investiverunt de potestate judicandi super crimina  
majora.

Th. CVII. Soleint alias etiam communiter Advocatiæ  
die Vogteyen dividi in Ecclesiasticas & urbicas, in Kasten oder  
Schirnis Vogteyen & Reichs Vogteyen / adeoque nunc di-  
cenda quædam forent & de Advocatiis Ecclesiasticis. Sed quia  
etiam communis assertio est, quod Advocatio Ecclesiastica non  
involverit natura sua potestatem judiciariam (vid. AUT. ACT.  
LIND. f. 233. & præterea idem AUT. f. 333. sq. 349. 570. sq. Item  
in discursu von alten Reichs Vogteyen f. 54. 55. 57. 489.  
pluribus de Advocatiis his Ecclesiasticis earumque differen-  
tia von Reichs Vogteyen egerit; nolumus extra oleas vagari,  
sed pedem hic figimus, reservantes etiam aliis temporibus  
specialem annotationem errorum ex hic postis principiis fa-  
cile deducendam, quos in doctrina de jurisdictione ac  
judicibus Germanorum, & in specie de Advocatiis urbicis  
Lehmannus, Sagittarius, Dattius, ipse Autor Auctorum Lin-  
daviensium & discursus von alten Reichs Vogteyen;

Mylerus ab Ehrenbach aliisque  
commiserunt.

F I N I S.

94 A 7390


94 A 7390



Retro

VDA7





27

**THESES INAUGURALES**  
**DE**  
**JURISDICTIONIS ET**  
**MAGISTRATUUM**  
**DIFFERENTIA SECUN-**  
**DUM MORES GERMA-**  
**NORUM,**

Quas

*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,*  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
*REGNI BORVSSICI, ELECTORATUS ET*  
*PROVINCIARUM HEREDE, &c. &c.*  
*IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,*  
*PRÆSIDE*

**DN. CHRISTIANO THOMASIO,**  
*SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CON-*  
*SILIARIO, PROFESSORE JURIS ORDINARIO,*  
*ET FACULT. JURID. h. t. DECANO,*  
*PRO LICENTIA,*  
*Summos in utroque Jure honores & Privilegia Doctoralia*  
*rite capessendi,*

*publico eruditorum examini subjicit*

**GVIELMVS TOBIAS STEMPYL, COBURGENS.**  
*Horis Ante- & Pomeridianis, d. 19. Nov. MDCCIII.*

**RECUSA HALÆ MAGDEBURGICÆ, LITERIS SALFELDIANIS. 1714.**

(XX)